


4 111 à 200 fr.

TRACTATUS JU-
RIDICO-POLITICO-
HISTORICUS,

DE STATU, JURIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORUM OMNIUM FACULTATUM

XXIV. capitibus comprehensus, [illegible] quæstionibus, [illegible] cum Indice [illegible].

[illegible] Doctorum [illegible].

AUTORE

Georgio Christopho-

ro a Walther [illegible] Rotenburgo-Tu-

berano [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Je[illegible] Bibliopolæ Norici.

[illegible] DC. XLI.





RTVS



TRACTATUS JURIDICO-POLITICUS DE STATU, JURIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORUM OMNIUM FACULTATUM.

Cum Indice quadruplici

AVTORE
Georgio-Christophoro Walthero Rotenburgo Tubarino J. U. D. ejusdemque Reipubl. Consiliario & Advocato





*

Serenissimis, Magnificentia, Nobilitate Generis, Auctoritate, Prudentia, & gravi rerum multarum usu & amplissimis cunctis celeberrimisque Viris Dominis,

PRÆTORIBUS, CONSULIBUS, SENATORIBUS S. ROMANI IMPERII CIVITATUM & Rerum publicarum Primariarum

ARGENTORATENSIS & NORIBERGENSIS.

Dominis suis & Patronis summe observantia colendis.

NOn ita nuper, Strenuissi-mi [illegible], Pruden[illegible] gravi[illegible] & auctoritate [illegible] Viri, ut ei legendum oblatum mihi esset, Conradum Ritter[illegible]husiũ in Republ. Juridica & Critica Consul[illegible] Collega, *in* [illegible] *ad Nobilissimos Juvenes à* Burcksdorff *Equites March. Brandenb.* [illegible] *Commentario suo de Traiani vita* [illegible], confidentiâ quàm eventu majore p[illegible], eo nunquam futura tempora, in quibus Ennianum illud vu-litatum sit:

Spernitur Orator bonus, horridus miles amatur.

[illegible] enim judicium [illegible] prudentum id temporis fuisse [illegible], [illegible] multorum meticulosæ opinioni [illegible], & literis semper aliquem [illegible] etiam aliquod pretiũ fore augurare & sperare certè [illegible].

Vixisses autem [illegible] optime Ritte[illegible]husi, decennium post illa [illegible] quod ex-currunt annos scripta, aut [illegible] super vixisses à tempore [illegible], quæ anno decimo tertio supra [illegible] co-tigit, [illegible] dolore, gemitu, i[illegible] deprehẽdisses, quàm nõ vana, non [illegible] bono-rum virorũ fuerit opinio, sed veris[illegible] ex tripode dicta, imò ex Apollinis oraculo profecta.

Dedicatoria.

[illegible] ... medis [illegible] ... qui id [illegible] ... quam [illegible]

[illegible]



14–1, a, 14

H 111 à 200 Ca

TRACTATUS JURIDICO-POLITICO-HISTORICUS,

DE STATU, JURIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORUM OMNIUM FACULTATUM

XIV capitibus comprehensus, centum & undecim quaestionibus, [illegible] cum Indice generali.

In gratiam omnium Facultatum Doctorum [illegible]

Autore

Georgio Christophoro Walthero, Rotenburgo-Tuberano J. U. D. [illegible] Reipubl. Consiliario & Advocato.

[illegible]

Typis [illegible] Endteri [illegible] ci.





M. DC. XL I.






VIRTUS



TRACTATUS JURIDICO-POLITICUS DE STATU, JURIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORUM OMNIUM FACULTATUM.

Cum Indice quadruplici

AUTORE
Georgio-Christophoro
Walthero Rotenburgo
Tubarino J. U. D. ejusdemque Reipubl. Consiliario
& Advocato





Serenissimis, Magni-
ficentia, Nobilitate Generis, An-
tiquitate, Prudentia, [illegible]
[illegible] & Amplitudine [illegible]
[illegible] celeberrimis Viris
Dominis

PRÆTORIBUS, CONSIL-
LIBUS, SENATORIBUS S. RO-
MANI IMPERII CIVITATUM
& Rerum-Publicarum Pri-
mariarum

ARGENTORATENSIS
&
NORIBERGENSIS.

*Dominis suis & Patronis summe
observandis.*

NOn ita nuper, Strenuissime, nobilissime [illegible], Prudentissime, [illegible] & authoritate eminentissime Vir, [illegible] legendum observatum mihi est Cunradum Rittershusium in Republ. Juridica & Critica [illegible] sine Collega, *in Praefatione ad Nobilissimos Juvenes à* Burcksdorff *Equites March. à Brandenburg. Commentario suo de* [illegible] *praemissa*, confidentiâ quàm eventu majore praesagivisse, eum nunquam fore tempora, in quibus [illegible] manum illud valiturum sit:

Spernitur Orator bonus, horridus miles amatur.

Etsi enim judicium plerorumq; prudentum id temporis fuisse [illegible] multorum periculosae opinioni accedere, & literis semper aliquem locum, imò etiam aliquod pretiū fore augurare & sperare certe optare voluit.

Vixisses autem [illegible] optime Rittershusi, decennium post illos ante triginta & quod excurrit annos scripta, aut saltem quinquenniū super vixisses à tempore mortis tuae, quod anno decimo tertio supra millesimū sexcentesimū cōtigit, cū dolore, gemitu, imò lachrumis deprehēdisses, quàm nō vana, non meticulosa bonorum virorū fuerit opinio, sed verissima & ex tripode, imò ex Apollinis oraculo profecta.

Etenim

[illegible], & in [illegible] gradu supremo insigni[illegible] [illegible] quibus ferociores, nulli [illegible] exposit, & [illegible] non emendi, protervè exhibi[illegible] [illegible] non gregarii tantum [illegible] [illegible] domi & foris, [illegible] in illos [illegible] [illegible] fastu & tumore agunt: Non [illegible] insultare, [illegible] deridere, [illegible] eorum jura & im[illegible] vi facere, imò pla[illegible] [illegible] ipsorum contumelio[illegible] [illegible] ipsorum insidiari, & quan[illegible] [illegible], profundere, absorbere, ab[illegible]rire, [illegible] omnibus denud[illegible]dos & summæ [illegible] exponere, [illegible] nimia speciali indu[illegible], [illegible] præsertim in locis, ubi [illegible] in[illegible] impunis grassatur, tam exacte proba[illegible] [illegible] dudum [illegible], & in[illegible] exemplis, annalibus rerum gestarum in[illegible], [illegible]que per se ipsa tantam [illegible] [illegible] prohiberet. Testes ideò plurimos [illegible] in publicum producere operæ pretium non est; Sit autem instar omnium [illegible] Antonii optimi & laudatissimi Juris Consulti [illegible] filius, non degener, sed patri planè similis, qui [illegible]latur, (*in tr. de Rescript. Morat. or. Consil. 42 n. 28.*) novissimo [illegible] patria nostra perdiu [illegible] [illegible] fatur, non sine maximo [illegible] tremore [illegible] venire [illegible] effici illud, Quo quis in-

doctior

[illegible] impudentior? Quos enim [illegible] quendam insignimus [illegible] libri sunt pro[illegible] ipsius [illegible], tenebris & [illegible] vilipenduntur, [illegible] hominum ne[illegible] studiorum [illegible]. Doctores [illegible] dive[illegible] concurrunt, illudun[illegible] nullum à primo ævo [illegible] quid contigerit [illegible] re[illegible] rectis [illegible] nihil est loci, adeò [illegible] inter arma [illegible] fi[illegible] non ob[illegible] propemodum Justi[illegible] ac de throno [illegible], ut cum Ti[illegible] possit:

[illegible] secula tractant.

[illegible] & vilipen[illegible] rerum [illegible], [illegible] in quibus [illegible] ob peccata [illegible] hominum à qui[illegible] labi, er[illegible]

 rare,

rare, imò graviter & [illegible] a
his hominibus [illegible]
gabimus, quàm [illegible]
& [illegible] [illegible]
nesc[illegible] quo spiritu [illegible]
bus in[illegible] [illegible]
num ace[illegible] bitat ad [illegible] Quam-
vis diffiteri minime [illegible]
lum Doctorum [illegible] pro-
pria ipsorum [illegible] non
minima & [illegible] censetur, quod
multi propter [illegible] vel securitatem [illegible]
quàm propter [illegible] ad honores illos [illegible]
mittantur, & quod digni & indigni pari
passu hîc ambulent, [illegible] non tantum [illegible]
tibus sed & aliis vitæ [illegible] deridendos [illegible]
ponant. Nam in genere verum esse [illegible]
dignitates indignis [illegible] & [illegible]
descere. Videmus in aliis [illegible]
contingere! Turcellinus ut [illegible] Hi-
storicorum nostri seculi [illegible] Jacobus Augu-
stus Thuanus (*lib. [illegible] fol. 46[illegible]*) Eques in Gallia
primariæ notæ [illegible] abun-
dus sæpius dixit. Torquem conchyliatum,
postquam indignis promiscuè communi-
cari cœpisset non jam esse fortium virorum
insigne, sed [illegible]
Sic Bodinus (*lib. [illegible]*) scri-
bit, Equestrem dignitatem, quæ olim non nisi
paucissimis, iisque dignissimis tribuebatur, ex

olim

[illegible] Carolus VII. Rex [illegible] quingentos [illegible] & [illegible] Princi[illegible] communicari [illegible] N[illegible] Vincen[illegible] Rege [illegible] sancti[illegible] 6. [illegible] Ut [illegible] quin[illegible] sunt [illegible] superans, [illegible] solenniquè ritu [illegible] consessu doctissimorum di[illegible] quibus Doctorales dignitas, [illegible] magni[illegible] commende[illegible] non [illegible] & o[illegible] Ale[illegible] ad Ca[illegible] testatur Doctorem [illegible] fuisse, [illegible] nos veteres Roma-

ni Juris periti fuerint, ut jocus Tullii ad Trebatium ea de re fuit (*Kirchn. in Orat.*) Sed in has aliasque plures causas gradum & statum hunc Doctoralem dedecorantes, hoc ipso tractatu copiosius inquiro. Præsens ergò hic noster status difficillimus, ubi cum primis pro ratione modernorum temporum, in quibus metata & epidemetica regnant & utramque paginam faciunt, cum militibus agendum & vivendum est, eorumque fastum, actiones ironicas, sarcasmos violentos, adeoque omnes bonos cum primis literario gradu conspicuos, præ se contemnentes, quæ, ut suprà innui, ex livore potius, & nescio, qua ἀντιπαθείᾳ & naturaliter innato quasi odio quo literatos prosequuntur, quàm ex sufficienti unius vel alterius causæ scientia descendere videntur, coràm videre & audire, multos quamvis invitos temporis hæc mala fors coëgit, ansam præbuit, furtivis horis curiosius statum & professionem examinare & lance expendere, anne forsan Deo & honestati etiam tam ingratus reputetur, indeque occasionem arripui, quando privatim aliquid spatii otiique nactus fui, ea, quæ cor meum lancinare videbantur, in lati fundi doctorum virorum scrutari, eorumq; opiniones ... meis communibus pensiculatius evolvere, tandemq; ita evoluta pensitataq; in classem conjicere, unde sub manib⁹ opus primò ... non hunc in finem propositum crevit, ut in tractatum postmodum

[illegible] ante sex fermè annos primi-[illegible] colligeret: quem ut in-[illegible] & mihi [illegible] honoratissimo Ordini [illegible] & [illegible]studioso [illegible]us [illegible] hortato-[illegible] parui & [illegible]ambi-[illegible] publicationem [illegible] Erat enim penes [illegible] V[illegible]dinga [illegible]-[illegible] hoc [illegible] tamen & substan-[illegible] esse puto, [illegible]simplicioribus & vulg[illegible] impo-[illegible] fastidium & contemptum parilem [illegible].

Quod autem [illegible] Magnif. Nobiles, & A[illegible] divo [illegible] [illegible] nomine [illegible] pa-[illegible] publica [illegible] causa habeo [illegible]-[illegible] Academiae enim vestrae [illegible] disciplina-[illegible] aliquot annos in-[illegible] post fata [illegible] causa no-[illegible] D. Andreas Dinnerus [illegible] disciplinarum genere ver-[illegible] & [illegible] Dn. D Erasmus [illegible] JCtus [illegible], Dn. D. Georgius [illegible] JCtus, Dn. Mat-

Matthias Berneggerus vir eruditionis incomparabilis, cuique nemine toto literario orbe decantatissimus, omnes laceffiturus ... humani eximiis, ... D. D. Ungepaucro, qui adhuc in celeberrima Jenensium Academia magna nominis sui celebritate ... e privata ... profitetur, quibus in septennium usq; annum successivè, quà publicè, quà privatim, in interpretatione Codicis, Pandectarum & Institutionum, Politices & Historiarum operam dedi fructusque percepi nunquam pœnitendos, tandemque etiam in Altorffina honoribus Doctoralibus mactatus fui. Volui ergò hoc literario dono animi mei grati erudine submisse declarare & reipsa ostendere, sub ... vestro, sub ... & præsidio vestro ... meam adolevisse, hisque me Doctoribus usum & ex eorum bonæ mentis officina cum fructu meo sempiterno me progressum fuisse.

Accedit insuper (ut mihi quidem è Chronicis & Commentariis ... perspectum esse potest) quod Stren. Magnif. Nobil. & Amplit. VV. semper de Doctorum ordine honorificè ... , ... Reipubl. muneris præfecerint, & constanter adhuc ... ciant, sicque eo ipso testatum ... , eas pro emunctâ sua prudentiâ ... judicio haud paulò meliora ... pro Doctoribus. In vestra Argentinensi Republ. & Academia ab ... tempore, quo dignitates

[illegible] acceperant ex gradueis, [illegible] Juridica; Theologi [illegible] princeps Theo- [illegible] D. Henricus [illegible] Frithius, [illegible] D. Ludovicus Crem- [illegible] D. Henri- [illegible] D. Johan- [illegible] D. Jo- [illegible] Harchelius [illegible] D. [illegible], D. [illegible] D. Stephanus Buchol- [illegible] D. Johan- [illegible] in Republica [illegible] in Academia [illegible] D. Ludovi- [illegible] D. Christianus [illegible] D. Franci- [illegible] D. Philippus [illegible] D. [illegible] D. Hebertus [illegible], D. [illegible] Paulus [illegible], [illegible] D. Melchior Junius, [illegible] D. [illegible] Maje- [illegible] D. Joachimus [illegible] David [illegible].

[illegible] Academia [illegible] Docto- [illegible] Gregorius [illegible]bergensis, D. Conradus Sagittarius, D. Petrus

Petrus Staheli[illegible], D. Joann. Trebranus, D. Johannes Leel[illegible], D. Julianus Zingelius, D. Petrus Dineleru[illegible], D. Ulricus Nadler D. Johannes Proiterus, D. Johannes Hepstein, D. Christophorus & D. Jacobus Scheurelii, avus & Nepos Christoph. Christoph. Fabius, & Christ. Andreas Gugelii Pater, Filius & Nepos singulari exemplo D. D. D. Ludovicus [illegible] D. Johannes Gemelius D. Leonhardus [illegible] D. Georgius Rockenbach, D. Johannes Schurstab D. Johannes Moschus D. Johannes Bossius D. Christophorus Herdesianus D. Johannes Herelius, D. Philippus Camerarius D. Marq. Freher, D. Julius Bajer D. Andreas Stöckelius D. Abr. Strasburger, D. Johannes Busenreit D. Christophorus Held D. Georgius Remus, D. Johannes Christophorus Oelhafen D. Georgius Adalb. Burccartus D. Matthias Hubnerus D. Hieronymus Fezer D. Georgius Heher D. Fridericus-Conradus Tuschelin D. Georgius Langius D. Theodoricus Semlerus D. Andreas Agricola D. Jacobus Fezer D. Academiam vero Altorfinam exornarunt viri toto orbe celeberrimi D. Hugo Donellus, D. Joh. Thomas Freigius, D. Giphanius D. Matthias Indenius Juliacensis, D. Petrus Wesenbecius, D. Scipio Gentilis, D. Conradus Rittershusius, D. Hübnerus, D. Andreas

Din-

[illegible] D. [illegible] Gerhard Frewenbur-
gus: [illegible] Doctores lauda-
tissimos [illegible] & ne [illegible] laudare vi-
dear, quæ est plurium [illegible] & singularis
humanitatis [illegible] suspicio. Quanta igitur
possum [illegible] debito observantiâ à
Serenitat. Magnif. Nobil. & Amplitud. V.V.
peto & contendo, ut hoc scriptum in sinum
benevolentiæ suæ recipere, favori sui radios
in illud demittere, & sua auctoritate adversus ob-
trectatorum linguas munire haud dedignen-
tur: Pro quo beneficio gratias agam & habe-
bo immortales, & interea precabor Serenit. Ma-
gnif. Nob. & Amplitud. V.V. incolumitatem,
[illegible] TER OPT. MAX. com-
mendo, ut [illegible] vestra in hoc rerum disturbio &
[illegible]e Statu consilia prosperet, suamque
[illegible]iam, ut hactenus evidentissima signa
docuerunt, ita porrò adfundere pergat: quò
Re[illegible] suos honores, studiis suum
& [illegible]s [illegible] conservare, & Respubl.
Vestra perpetuo [illegible] in pace aurea
[illegible], & [illegible] hoc votum &
perpetuum [illegible], ut is semper sit
nostrorum [illegible] sti-
pendia [illegible] Magistris [illegible] sterre li-
ceat, sicuti [illegible] Imperatorum optasse Sui-
das refert.

Dabam

1.

In elaboratum atq; elegantem Tractatum de Statu & juribus Doctorum C L. Consultissimi & Excellentissimi Viri Dn. Georgii CHRISTOPHORI WALTHERI U. I. D. & Reip. Rotenburgensis Consiliarii & Advocati longè Dignissimi.

INcluta cum sævo premitur Germania bello
Et socio infelix sanguine terra madet:
Usq; adeò ac totis grassatur miles in agris
Et circùm præceps omnia flamma rapit.
Cum misero passim miscentur cuncta tumultu,
Cum Leges pereunt, inter & arma silent.
Nequicquã cessat Waltherus *pangere libros,*
Doctorumq; gravi jura docere stylo.
Fervida non illum vigilati cura laboris
Deserit, ac legum consociatus amor.
Hac dum suspicio, tacitâ dum mente revolvo,
Juppiter ex alto talia verba refert:
Desine mirari, non hæc sine Numine fiunt;
Quis neget his omen rebus in esse suum?
Bellatum satis est, satis (heu!) discordia cives
Seduxit miseros Teutona terra tuos.

)(*I Marr*

I, Mars, extremos nūc ad Garamātas & Indos,
Pax, & justitia, & jura redite: volo.
Auguriū accipimus, veniant Saturnia regna:
Jam tandem Jani claudere templa juvet.
Gradivo redeat pulso Pax aurea patre,
Legibus & pateat justitiæq; locus.
Tunc status Astreæ cultorum surget in altū
Quē modo Mavortis fulmina dira premunt.
Tunc simul emeriti Walthero *addentur ho-*
Ob libros, nobis quos dedit ille novos. (nores
Immortale decus spondet nomenq; perenne
Ipsa Themis Mystæ præmia digna suo.

Daniel Oder U. I. D.

Inclytæ Reipubl. Norimbergensis Consiliarius.

II.

DOctorum osores, arrosoresq; procaces,
Ac irrisores, invidiosi homines,
Nunc abeant, studeantq; ex hoc perdiscere libro
Sumus Doctores quis comitetur honor!
Interea, Walthere, tibi cûm reddere grates
Dignas Doctorum non sacer ordo queat;
Hoc voveo, ut ceu nūc Doctorum Iura statusq;
Florent, sic nomen postera secla canant!

Veteris amicitiæ ergò deproperabat

Paulus vom Rhein *D. Reip. patriæ Norimbergens. à Consiliis.*

Nemo

III.

NEmo quod ausus seculis tot hactenus
Quis nil in ausum literati seculi,
Ferè reliquit pulcra curiositas,
Per cuncta reptans atq; diligentia:
Hoc tute Mysta Iuris inclyti inclyte,
Idemq; cœtus grande Musici decus
WALTHERE, nuper factitasse visus es,
Dum Iura prodis atq; privilegia
Quæ singularum competunt Doctoribus
Dudum Facultatum Artiumq; singulis,
Huc usq; paucis nota quin paucissimis.
Præclarum opus profectò & arduum nimis
Desideratum & sæpe votis plurimis;
Dignum Virorum doctiorum Laudibus;
Uno ore qui tibi proinde gratias
Debere se fatentur ultrò maximas
Doctore te quòd jura Doctorum patent
Diu tenebris quæ latebant abdita
Nomen tibi hinc honósq;, lausq; perpetim.

Ita benè ominans spondet atq; promittit

Joh. Georg. Stytzel.

IV.

IUre carere suo cum doctos undiq; natos
Cerneret, auctori sic ait alma Themis:
J, Walthere, rei vindex & jura tuorum
Semi sepulta diu protege, tunde strophas.
Paret amor dictis chara genitricis; & Ecce
Momus ait: Causam judicat ipse suam

Sed malè, sed falsò: non partes judicis ulla
Hic sunt, Cæsareæ sunt documenta domus.
Quid libertatis, quid juris Cæsaris aula
Litteratis dederit, discuit ille liber.
Hinc Walthere *mei cordis pars altera, & alter*
Scævola, tu magno munere dignus ovas,
Quot data sunt nobis clementi à Cæsare jura
Tot tibi debentur jure mero & meritis.

Compatri & amico amantissimo scripsit
Iohannes Höfel. I. U. D. & Reipubl. Swinfurtensis Consiliarius.

V.

Epigramma admonitorium ad inclytum Doctorum Ordinem.

EXplicat ingenuè Doctorum Iura Statusq;
WALTHERUS Themidos fax oculusq; sacræ.
Huc adsis igitur Doctorum docta caterva,
Reddas pro meritis pręmia digna viro.

φιλίας ἕνεκα accinuit Dn. affini & Compatri.
Josaphat Weinlin Med D.

VI.

Autori gratias:
Lectori salutem!

IMpuros mundus, mater fœcunda malorum
Distento nimium plures alit ubere fœtus,
Dente Theonino, qui rodunt omnia circum
Atq; χαλκεντέρους spirant peropima Deorum.

Scilicet

Scilicet ignorat quæ privus lumine Storax
Carpit, discerpit quin singula rodit & odit.
Res indigna modis miseris vexarier: Hic est
Doctorum Doctor, stultus! studiosus amator;
Vox bovis auditu crudelis & horrida dictu
Cordato bilem WALTHERO *movit, ut imâ*
Eriperet dentem gingina forcipe Momo.
Doctorum species, & jura, statumina, honores
Atq; facultates, veteresq; doceret ab annis
Longius antiquis tractatu vindice mores.
Qui, quales, quanti, videas sint arte periti
(Insulsos quis enim stupidosq; moretur asellos!)
Zoile, Doctorum non ultima fama virorum
Mome, Magistrorum non ultima fama Virorū
Fama bonum quo non terris præstantius ullum
Præpetibus volitans pennis, per inania cœli
Aônii quotquot veniunt è vertice montis
Hortor & obtestor jurata mente sorores
Autori memore ut promant de pectore grates,
Olim promeruit dives quas Tullus & Ancus
Grates, quæ valeant tot compensare labores
Laudē, mercedem, famam vitamq; perennem
En Deus en docti spondēt WALTHERE *paratā.*

Per

M. Iohannem Küfnerum P. &
Superintendent. Trajecti
Suevorum.

 Sceptra

VII.

SCeptra quid exornant Regum pulcherrima dextra
Quos movet impietas perfidus urget amor?
Justitiam precibus temerare & munere fœdum:
Munera justitiæ spernere summus honos.
O quam te memorem Doctor, felicibus ausis
Martis honos, Regum gloria, legis amor.
Nam seu pacatam modereris legibus Urbem
Aut hostem contra Martia bella geras,
Tecum Astræa tamen retinet moderamina Iuris
Nec tàm Dux dici quam bonus esse cupis.
Et tibi nequicquam præstantia dona feruntur
Si fugis Astræam, tu tua dona cape.
Vive ter ô felix, Superi tua munera captant
Et tibi pro meritis dant pia jura manum.
Lilia namq; tibi gemmant, & nexa pyropis
Vincla jubar fulgens tempus in omne vomunt.
Non nimium decorata tui sunt vincula amoris;
Signa sua invictus ponere nescit amor.

Honoris & amoris ergò scripsit
Elias Ehinger Ratisbonæ.

VIII.

NUllus virtuti stimulus, si præmia cessent
Debita: nam gratis quid juvat esse probum?
Castra quidem miles sequitur, lituoq; tubaq;
Per mixtum sonitum, sed tamen ære meret.
Agricolam spes messis alit, dum scindit aratro
Sulcos: mercator per mare quærit opes.

Sub

Sub jove venator ſpretâ cur conjuge degit?
Tædia nempe levat decipiendus aper.
Doctrinæ quoq; ſunt ſua munera, ſūt & honores
Queis orbata, manet quid? niſi nomen iners?
Et decus & pretium rectè petit experiens vir,
Flaccus ait, nomen nî ſit inane, Themis.
Æolii fidibus laus eſt æterna puellæ,
Cæa ac Alcæi neſcia muſa mori:
Steſichoro gravis eſt, tibi Pindare diva Camæna
Præcunctis palmam carmine Homer[9] habet.
Tu WALTHERE decus Muſarū & gloria Pindi,
Quem cerebro enixa eſt arte Minerva gravi,
Aſſeris egregiè CONSULTŪM juris honores,
Sedeq; Nobiliūm jure, priore locas:
Gratus es in Iuris Doctores, Doctor & ipſe,
Magna tibi in ſtudium gratia Iuridicum:
Hinc tibi diva Themis cultori, jure Sacerdos,
Et primis primus præparat orbe locum.

in ſui commendationem Dn. Compatri ſuo fundebat.

M. Joh. Henr. Rü Diaconus Rotenburgicus P. L.

Schema

Bono cum DEO omnis dignitatis fonte & origine.

TRACTATUS JURIDICO-POLITICI

DE STATU, JURIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORUM

PROOEMIUM.

QUICUNQUE ACCURATIORE studio in Jure publico, amplissimâ illâ profundissimâq; Jurisprudẽtiæ nostræ parte versati sunt, ii optumè deprehenderunt, maxumam partium partem, hoc est singulas illius materias, quamvis in genere ab uno vel altero nominatas & extremo quasi digito attactas, nondum tamen in specie sic elaboratas ventilatasq; esse, ut addi planè amplius nihil posit: Fatendum enim utiq; est, quòd quemadmodum Jus ipsum publicum superiore seculo planè neglectum, & in Aulis Imperatorum summorúmq; Principum quasi sepultum diu delituit,

fuit, & à paucis melioris genii & ingenii viris ex aulis in scholas nostro ævo revocatum, & pro cujusq; modulo, viribus & facultate illustratum, splendidius auctum, & literario orbi communicatum fuit: sicuti summâ cum laude factum ab Andrea Knichen, Melchiore Goldasto, Marquardo Frehero, Tobia Paurmeistero, Friderico Hortledero, Gerlaco Buxtorffio, Christophoro Besoldo, & quibus suo merito nunc accensendi sunt Theodorus Reinking, Dn. Joannes Limnæus, Georgius Braudlachtus & alii, qui commentando perspicuè, explicando dextrè, & refutando solidè laudatissimo labore Jurisprudentiam publicam nostram exornarunt: ita plerásq; materias postmodùm successivâ operâ à diversis elaboratas, lucique publicæ communicatas fuisse, & restare adhuc in quibus perficiundis, ingenium quisq; suũ exercere, & λεμμάχιον aliquod ad μεγάλα δάπανα studii hujus tam necessarii adjicere possit.

Equidem qui penitius in genuinam methodum disciplinæ hujus introspexêre, facilimè deprehendent, materierum illarum seriem, vix centenario numero includi posse, si modo secundum methodi leges, necessarias

cessarias et tractanda sedulò investigare velimus. Jam vero primoribus labris degustanti studium hoc Juris publici fatendum erit, vix tertiam portionem materierum justa methodo elaboratam adhuc esse, & de multis paucissima adhuc extare; ut ut res & τὰ δόγματα ἀρχιτεκτονικὰ omnino Reipublicæ cuivis, inprimis verò nostræ Romano-Germanicæ cognitu omninò necessariæ sint. Quis enim nescit, plerásque materias in generalissimo complexu subsistere, & ab illis, qui universali methodo Juris publici cognitionem pertractare studuêrunt, ὡς ἐπὶ τὸ βραχὺ adumbratas sæpiusque etiam planè præteritas fuisse, ut in specie demonstratu cuivis non difficile esset: quid enim extat latius suo merito tractandum, de formis Rerumpublicarum, Matricula Imperii, Senatu Imperii Aulicó, Principibus Imperii secularibus & Ecclesiasticis, Ecclesiis cathedralibus, Canonicatibus, Religione politicè considerata, Bonis Ecclesiasticis, Reditibus in genere, Tyrannis, Civitatum Jure, &c. ubi præter unam vel alteram quæstionem in locis minimè certis amplius nihil inveneris: Econtra verò, qui primarias materias singulari

ſtudio tractandas ſumſerunt, hoc ſibi propoſitum habuére, alios ad conſimilem laborem alterius vicinæ cognatæq; materiæ inſtimulare & allicere, quò ſic per plures faciliore viâ & modo Jus hoc tandem in ſolidum elaborari & ad ſuam perfectionem deduci poſſet: Hoc pacto meritam laudis adoream adepti ſunt Thomas Lanſius in conficienda abſolutâ Commentatione de Lege Regia, Johannes Georgius Bechtius in adornando perſpicuo & aureo tractatu [ſicuti nominatur *à Martino Magero in tractat. de Advocat. armat. cap. 6. n. 663.*] de ſalvo Conductu, ſeu ſecuritate publica, Bornitius ſcribendo de Majeſtate. Regnerus Sixtinus, Pruckmannus, & Henningus Arniſæus de Regalibus ſeu Juribus Majeſtatis: de Jurisdictione Imperii Paurmeiſterus & Matthias Stephani: de Privilegiis Georgius Acacius Enenkelius Liber Baro: de Comitibus Palatinis Thomas Sagittarius, de Comitiis Arumæus, de Pace Andreas Dinnerus, de Fœderibus Eberhardus à VVeyhe, & Remigius Feſchius: de Jure Clientelari ſeu protectione ſupra dictus Magerus, de Moneta Joh. VVolffg. Auer, de collectis Caſparus Klockius, de Majoratu Gol-

tu Goldastus, de Nobilibus Josias Nolden, de Ganerbinatu Kyllingerus Junior, de Homagiis Joannes Bruningius, de Consiliariis Andreas Ray à Nagiovvice, de Legatis Hermannus Kirchner; de Bello Bocerus & Albericus Gentilis, de Jure Episcopali Laurentius Ohm, de Jure Patronatus Zacharias Hermannus, de Academiis Thomas Lansius, Matthias Stephani & Johannes Limnæus, & si qui sunt pauci alii, alias qui materias sibi tractandas sumsére.

Inter illas vel planè prӕteritas, vel leviter & ἡσύχῳ ποδί tractatas deprehendo etiam materiam Doctorum, quæ licet una sit de primariis Juris publici capitibus, sive eam referas inter statum Academiarum, sive inter statum Politicorum, seu ordinem Civium, hactenus tamen non ex professo à quoquam, quantum ego quidem novi & interea experiri potui, tractari suscepta est, sed ab illis, qui de Academiis scripsére, aut ad *Authenticam Habita C. ne Filius pro Patre* commentati sunt, brevibus adumbrata, & ab aliis in locis plerumque fugitivis & à rubrica alienis sparsim hinc inde mutilatim & frustratim extra methodi carceres, hanc vel illam quæstionem tractan-

ctando tacta & discussa fuit: sicut Jacobus Benius *d. privil. JCtorum in proœm. n. 3.* miratur quòd ICti veteres alioquin accuratissimi summo labore, summáque industriâ, dotis, piæ causæ, militum & scholasticorum privilegia collegerint, propria verò accuratius colligere & pertractare neglexerint, atq; suis (quod aiunt) sitientibus agris alienos irrigare maluerint. Non negamus autem extare è veteribus, qui de Doctorum immunitatibus, oneribus, præcedentia & salariis scripsére, ut est Petrus Lenauderius ICtus Cadomensis, [*qui tractatus reperitur in Volum. 6. Tractatus Tractatuum n. 34.*] & dictus Iacobus Benius JCtus Eugubinus, sed ut verum fateamur ad scopum collineare & secundum leges methodi incedere non videntur, quin imò pro rudi illo seculo ejusmodi quæstiones inanes, ridiculas, & tantum non absurdas proposuit Lenauderius, ut potius explodendæ, rejiciendæ, quàm operosè allegandæ veniant: qualis exempli gratia illa est, an mortuus possit Doctorari quæst. 19. part. primæ, Item An mulier possit in Doctorem promoveri, quæst. 22. p. 1. Utrum Doctor plus debeat diligere uxorem suam quam

quàm Rusticus, quæst 25. Item an Doctor possit donare concubinæ suæ, quæst 24. Item quando incipi debeat potari novum vinum per Doctores, quæst 62 part. 2. Itẽ an Doctor possit verberare uxorem suam, quæst 26. part 1. Sic etiam: an Anseres in pratis & gallinæ in hortis Doctoris inventi posśint de Iure & consuetudine impunè occidi: quæst 81. part 4. Similiter: qualiter à domo Doctoris ejici possint & arceri serpentes, culices, cimices, muscæ, pulices, tineæ, mures, formices & id genus aliæ, quæst. 87. part. 4. Purgatorii amator est in illa quæst 48. part. 4. Utrum liceat Doctori à suo socio moriente exquirere, ut sibi revelet statum suum post mortem: ubi profectò multa simplicia & ridicula. Testimonium consimile perhibet Benius d. l. quod Iac. Lenauderius in frivolis saltem quæstionibus satis vagatus fuerit, vixque quinquaginta privilegia breviq; duntaxat pagella percurrerit, quoad prærogativas vero nullum verbum emiserit, quem tamen nihilominus plagii accusat Rebuffus *in interpretat. ad Auth. Hab. C. ne filius pro patr. pag. 633.* quasi & harum rerum autor non fuerit. Benius verò, ut præ se fert ipsa ru-

brica libri, de privilegiis Iurisconsultorum tantùm egit, sicque angustior est titulus, quàm ut omnem Doctorũ materiam complectatur: Post hæc modò scripta ad manus meas pervenit Christophori Besoldi dissertatio de Studiosis, Licentiatis & Doctoribus, anno 1631. Tubingæ edita, qui tamen paucissimis materiam hanc attigit tribus philyris contentus, adeò ut hinc perspicere sit, animum sibi non fuisse integro tractatu eam ventilare.

Constitui itaque, adminiculante Deo, paulò accuratius in Statum, Iura & Privilegia Doctorum inquirere, & quæ sparsim apud Interpretes & Commentatores Iuris, quà publici præcipuè, quà & privâti (nam & in hujus latissimos campos Doctorum dogma excurrit) fugitivis in locis & aliud agendo occurrunt, in ordinem synopticũ causarum continuâ methodo observatâ, referre & digerere, & quod præcipuum in examinandis dijudicandisq; Thematibus Doctorum statum Imperii nostri Romano-Germanici ob oculos habere, remq; omnẽ viginti quatuor capitibus includere, quæstiones etiam inibi occurrentes pro & contra proponere, meamq; semper addere ἐπί-

κρισιν

κρίσιν cum refutatione contrariorum. Cæterum antequam rem ipsam aggrediar, auribus meis circumsonare tinnientes aliquos conspicor, qui Aristarchi more, conatum hunc meum ea cavillatione perstricturi sunt, quasi acturus sim Iudicem in propria causa, & encomiasten studii illius, cui ex professo deditus, ipseq; Tiara Doctorali mactatus, sicq; ut Leges alibi loquuntur, οἴκοθεν μάρτυς, cui non credendum, cùm nemo non benignus sui sit Iudex *secundum Senecam lib. 2. de Benefic. cap. 26.* & semper Iudicio favor officiat *secundum eundem de Tranquillit. cap. 1.* Sed illis responsum velim, me neutiquam plus Doctoribus tributurum, quàm ipsis Imperatores & universæ Leges in suis privilegiis & diplomatibus destinarunt, neque concessurum, ut plus justô ipsorum status, dignitas, præeminentia extendatur, quam hactenus possederunt, indeq; justo accuratoq; judicio jura eorum examinanda veniunt, ut qua in parte illis præter mentem & voluntatem summorum Principum plura indulta, candidè moneatur, econtra ubi illis detractum discretè indicetur. Diffiteor enim minimè, Doctorum privilegia ab ipsis Doctoribus conge-

ſta, ab eorum ingenio in ordinem ſuum nimis propenſo per latiſsimas & ſæpe alienas interpretationes plurimum augminis accepiſſe, notante etiam Lanſio *in tract. de Academ. pag. 73. in fin.* cautâ igitur examinatione opus habebunt: Quod verò de Doctoribus ipſe Doctor ſcribere in animum induxerim, nigrum ideo theta me non meritum eſſe arbitror, ſi enim ex conceſſa mihi poteſtate liberè Doctorem me nominare, ſubſcribere & paſsim notare potis ſum, quis quæſo vitio mihi dabit, ſi in honorem ſtatus & profeſsionis meæ de Doctoribus, quæ notanda & obſervanda non tàm ſtudio deprædicandi, quàm potius vitam ſtatui huic convenientem eligendi digneq; repræſentandi congeram: Neque verò faſtui inani aut arrogantiæ accenſendum, ſi Theologus laudaverit ſuam Theologiam, ICtus Iurisprudentiam, Medicus Medicinam &c. quod tamen quotidiè in Academiis & ab illis fieri videmus, qui deſignati novi Profeſſores, orationes inaugurales utplurimum de laudibus ſuæ ſibi injunctæ Profeſsionis plenis buccinis decantant: Nos verò hoc loco non repræſentabimus Encomiaſten, ſed Commentatorem

tatorem

tutorem citra omnem affectus pruriginoſi liberum, inquiſituri potius ſyncero judicio in veritatem & juſtitiam illorum Jurium & Privilegiorum, quæ de Doctoribus ſparſim habentur: Præmiſſa igitur præmunitione hac accingam me ad ipſam tractationem.



TRACTATUS JURIDICO-POLITICI de Statu, Juribus & Privilegiis Doctorum.

Caput I.

De ὀνομαλολογίᾳ vocabuli Doctorum.

§. 1.



Re est, priusquam ad alia veniamus, quædā de nomine & significatione, ut & Synonymia vocabuli Doctorum in antecessum dare, suadente ipso Aristotele: Πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν, πρῶτον δεῖ ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα *lib. 1. posterior. analyt. cap. 1.* nam verborum neglectus parit rerum incertitudinem, rursus illa incertitudo neglectum verborum, ut tandem neq; res neq; verba calleamus, ait Iohannes Oldendorp. *class. 4. action. 24. in princ.* & Angelus Perusinus *consil. 110.* testatur his verbis: Turpe est determi-

terminare aliquid in rebus, antequam terminos intelligamus. Sciendum autem est, Etymologiam vocabuli Doctoris esse facilimā, & à docendo tanquam à fine principalissimo derivatam: Verbum autem doceo, civitate Latina quidem donatum proficiscitur ex Græco primigenio, & totidem literis correspondente δοκέω, unde dogmata, Decreta Doctorum profluunt. Hoc ipsum autem originarium vocabulum consentit cum dictis Imperatoris Iustiniani, quando *§. 8. Inst. de. I. N. G. & C.* responsa Prudentum definit per sententias & opiniones; (δοκούμενα) eorū quibus permissum erat de Iure respondere, unde nihil crebrius in Iure habetur, quàm ut putare se, opinari, & placere sibi, & videri, dicerent ICti. *§ illud quæsitum 9. J. de Rer. divis. § 1. de Hered. instit. l. 30. 60. 75. 81. 101. ff. de Verb. signif.* quod quidem modestiæ causa scriptum esse constat, certi enim fuerunt de Iuribus & sententiis latis, quicquid enim opinabantur ex certis argumentis Prudentes, pro Iure acceptabatur. Hinc opinatum veteres accepêrunt pro existimato seu magnæ autoritatis homine: unde opinatissimi pro his, qui majores omni exceptione

sunt,

sunt, sumebantur: Ennius opinatos interpretatus apud Euripidem videtur, quos ille δοκοῦντες dixit:

Λόγος γὰρ ἐκ τῶν ἀδοξούντων ἰὼν
Κ' αὐτῶν δοκούντων αὐτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει.

Nam cum opinati loquuntur pariter atq; ignobiles
Eadē dicta eademq; oratio æqua non valet.

Videatur *And. Alciatus 8. parerg. c. 12.*

Dicitur autem Doctor ā docendo non eo sensu, quasi semper actu doceat, sed quòd ad docendum aptus sit, docereque posit, quando velit: eodem modo quo tinctor, pictor, pistor talis est & manet, si artificium didicit, etiamsi actu ipso non semper tingat, pingat, aut pinsat: quo etiā intuitu *Abbas Panormitanus & Decius in c. 1. in f. d. Judic.* ac pleriq; interpretes Canonici *in proœm. Decretal. in 6.* Doctorem eum dici ajunt, qui licet docendo occupatus non sit, facultate tamen & habitu docere posit, *Besold. in dissert de Studios. Magistris &c. c. 7. pag. 81.*

§. 2.

Sciendum autem est, vocabulum Doctoris esse πολύωνυμον, multasq; habere significationes, præsertim ubi collatio vete-

rum

rum Autorum novorumque instituatur: Generaliter enim Doctor quondam omnis vocabatur, qui docebat, hocque modo competebat etiam Philosophis, Poëtis, Grammaticis, seu ut secundum nostrum ævum melius loquar, Philologis seu Criticis, inde Cicero *lib. 3. de Orat.* nominavit Isocratem, Doctorem singularem, *lib. 1. ad Herenn.* dixit, noster Doctor Hermetes: sicq; *lib. 1. de Oratore* dicit Rhetoricos illos Doctores, *item lib. 2 de Orator.* nec mihi opus est Græco aliquo Doctore: sic Salustius *in Orat. Q. Marii*: neq; literas Græcas didici: quippe quæ ad virtutem Doctoribus nihil profuerunt.

2. Specialissimè in LL. nostris vocabulum Doctoris saltem pro eo capitur, qui Iurisprudentiam perfectam doctus videtur, ut innuit *l. 6. C. de Profess. & Medic.* ubi ferè omnes conjunguntur: ibi *Medicos & Archiatros, vel ex Archiatris Grammaticos & Professores alios literarũ & Doctores Legũ &c.* & in specie prædicatum Doctoris saltem, qui Legum sunt Professores, attribuitur:

3. Hodiernis temporibus & moribus omnes ii Doctores sunt & nominantur, qui in superioribus facultatibus, utpote Theologia,

logia, Iurisprudentia & Medicina præeunte exactissimo examine gradu hoc insigniti sunt ab iis, quibus regale hoc in specie à summo Principe seu Imperatore datum & concessum est, in quo significatu Doctoris vocabulum in posterum in hoc tractatu accipiemus.

4. Impropriè porrigitur vocula hæc ad facultatem Philosophicam, ut Magistri renunciati etiam Doctoris Philosophiæ titulo utantur, sicut mox deducemus.

§. 3.

Nam quod Synonymiam attinet, attestantur plerique olim sub titulo Magistri, cujuslibet disciplinæ Præceptores comprehensos & eo nomine Baccalaureos, Magistros in specie, Licentiatos & Doctores venisse, Magistri quippe nomen genericum esse, sub quo cæteri comprehendantur. Matthias Stephan. *lib. 3. de Jurisdict. part. 2. c. 14. n. 87. & 88.* Thomas Lansius *in tract. de Academ. pag. 71.* Iohann. Limnæus *lib. 8. de Jur. publ. c. 8. n. 28. & 29.* Alciat. *ad L. 57. n. 2.* Göddæus ibid. & Suevius *ff. de V. S.* Hodiè verò Magistri saltem ii sunt qui etiā speciatim ita dicuntur, qui absoluta septē liberalium artium periodo supremæ Philoso-

losophiæ decus seu secundam lauream ritu solenni accepere & publicè Magistri artium renunciati sunt. *Lans. d. loc.* Quòd verò Matth. Stephani *d. modò. loc. n. 89. & in lib. de Nobilitate. c. 2. n. 19.* adhuc confundit nomina, putans qui Magister artium audit, eundem & Doctorem artium seu Philosophiæ appellari: id si propriè loqui volumus, non procedit, & seipsum contrarietatis vinculo implicat Stephani, dum statim subjungit, licet Doctores majori dignitate fulgeant præ Magistris: Doctoratus quippe in privilegiatis Academiis plerumq; cum equestri ordine conjungi solet, unde firmissimè sequitur, si Doctores majori splendent dignitate, ut nemo negabit, præ Magistris, dicendum erit, Magistri & Doctoris voculâ, nisi impropriissimè loquendo, non confundi aut συνονύμως usurpari posse: Antecedens est ipsius Stephani. Ergo & consequens non everti poterit: *Sed de hac quæstione infra plura tractabuntur c. 13.*

§. 5. Notant quoque vocabulo Scholaris & Clerici, Doctores interdum subinnui, quod olim, ubi in specie Doctorum creatio ab Imperatoribus nondum obtenta erat, sic fuisse non negatur, videri potest

quoad voculam Scholaris Cunr: Rittershus *in Commentar. ad Salvian. libr. de Avarit. pag. 3.* & in terminis Jacobus Mandellus *consil. 27. n. 6.* Cardinalis Tuſchus *Lit. S. concluſ. 705. n. 4. Hunnius ad authent. Hab. C. ne fil. c. 1. q. 4.* qui duo ſtatuunt, Doctores in materia favorabili pro Studioſis haberi, ſecus in odioſa: Item Petrus Rebuffus *in Interpret. ad Authent. Habita. &c. fol. 632.* De vocabulo Clerici conſulatur Dn Joannes Limnæus fautor & amicus meus magnus, *lib. 8. de Jur. publ. c. 6. n. 4. 5. & 6.*

CAPUT II.

De Definitione εἰ ἔστι.

Anne Doctores creari debeant?

§. 4.


SEcundum Ariſtotelis monitum ante ὁρισμὸν τὸ τί ἐστι, præmittenda eſt quæſtio εἰ ἔστι, fruſtra enim is tractaverit de Doctoribus eorumque ſtatu & juribus, niſi certus ſit, eſſe Doctores, poſſeq; eos ritè & legitimè creari & promoveri: Ad hanc autem quæſtionem occaſionem præbuerunt & adhuc præbent illi, qui docuerunt, neminem poſſe Doctorem bonâ conſcientiâ nominari,

minari, eorumq; statum Deo esse ingratissimum, & in vita humana parum necessarium & minime utilem: Sunt autem contradictores hi vel Theologi vel JCti: Inter illos fuit Andreas Carolstadius, qui post secessionem ab Ecclesia VVittebergensi factam nolebat amplius vocari Doctor, sed frater Andreas; Cinglius verò *in Epist. ad Bugenhagium scribit*, se cum fastidio legere illos titulos Doctor & Professor Theologiæ: abutuntur autem ad suam falsam opinionem stabiliendam (1.) dicto Christi *Matth. 23. v. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi: unus enim est Magister vester Christus, omnes autem vos fratres estis*, sed respondetur hoc dicto Christi non abrogari Doctoratum aut testimonia eruditionis & honestatis, sed prohiberi, ne quis ipse sibi sumat aut arroget autoritatem, ut in rebus spiritualibus absolutè & simpliciter sibi fidem haberi velit, sive cum scriptura sacra conveniat sive eidem è diametro sit oppositũ: nam in Religionis negotio *αὐτὸς ἔφα* & supremus est Magister Christus, cui omnes Doctores cedere debent, Christus JESUS utiq; solus est Doctor authenticus, quem audire debemus *Matth. 17. v. 5*, huic omnes

auſcultate populi Præceptori; cujus utpote ſermone etiam hoſtes ipſius pudefacti & conſternati fuerunt *Johan. 7. v. 46. nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur?* (2.) *Jacob. c. 3. v. 1. ne eſtote multi Doctores, ſcientes fore ut gravius judicium accipiatis.* Reſpondetur enim, dictum hoc intelligendum eſſe de temerariis & levibus hominibus, qui ſine certâ vocatione ſe ingerere & cenſuram in omnes, calumniandi potius animo, quàm exædificandi ſumere volunt, & hi grave aliquando judicium ſuſtinebunt: qui verò cum ardenti precatione, ſedulitate ſua & ſtudio propoſito, DEO, Eccleſiæ, Reipubl. & omnibus hominibus ſerviendi, legitimo modo Doctoris titulum acquirũt, næ illi certò ſibi perſuadeant, ſe in ſtatu, DEO acceptatiſsimo verſari. 2. Non negandum eſt, Doctoribus præ aliis majus judicium incumbere, utpote quibus majora negotia committuntur, utq; ea rectè, ſyncerè & prudenter expediantur, ſummè adſtringuntur, ideò ut conſcientiæ ſuæ conſulant, & judicium illud magnum non patiantur, ſedulò providendum, orandum & laborandum eſt: *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter & negligenter, Jer. 48. v. 10.* Quod

§. 5.

Quod JCtos attinet sugillat Doctores Johan. Petrus de Ferrariis vulgo Practicus Papiensis dictus *in præfat. suæ practicæ, dum ait : Nescio consulere alicui personæ (nisi forsitan Clerico aut magno diviti) quod in hujusmodi scientia ad gradum Doctoratus ascendat, sed ad sobrietatem sapere sufficiat, gradus enim iste redigit hominem de libertate in servitutem, cum sumtu magno quæritur, & cum anxietate retinetur :* Et ex hoc Ferrariensis loco consimilia habet Johann. Fichardus, JCtus aliàs celeberrimus *in vita Johann. Sichardi, dum ait : Nimis verum experior illud Practici Papiensis, Doctoris gradum de libertate hominem ad servitutem redigere, cumq; magno sumptu acquiratur, etiam cum anxietate teneri.* Variè autem potest responderi; Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 3. p. 2. c. 14. n. 18. 39.* putat hanc Ferrariensis sententiam cum certo temperamento intelligendam esse, de iis nimirū, qui non cupiunt in schola vel foro versari, quiq; suâ professione & doctrinâ aliis prodesse non student, & hos à Ferrariensi hîc taxari, sed ut verum fatear, non quadrat hæc responsio, imò potius contraria est, ideo enim Ferrariensis



Clerico aut magno Diviti gradum sua det, ut ita nemini servire teneatur. D. Casparus Bitschius Professor Argentinensis *in orat. promotionis secundæ Juridicæ (quæ est in libr. promulgator. privileg. Academ. Argent. pag. 258.)* ita solvit: Fichardum hoc loco per libertatem, non nisi vitam liberiorem, curis ac laboribus ingratis cassam: per servitutem autem severiorem gravioremque vivendi rationem, ordini scilicet huic atq; dignitati convenientem intelligi: quæ vitæ commutatio utut Adolescentibus (qualis tum erat Fichardus, cùm gradum assumeret annum ætatis duodevigesimum agens) minus grata & amabilis esse soleat, revera tamen non in probro & vitio, sed potius in laude & commendatione est: Si quid verò ipse judicare possum, puto & Ferrariensem & Fichardum sortem suam impatienter accusare, quòd status Doctoris sit laboriosissimus, onerosissimus, in quo vita ejusmodi trahenda, ut gradus aliis sit non contemtui, sed honori, immò salutaris Reip. quod si verò ob labores & rigorosam vitam hic status deserendus esset, profectò nemo Magistratum Politicum aget, nemo Ecclesiæ inserviet, imò neque Conjugium quis-

quisquam amplectetur, cùm omnes status hi summi involuti sint difficultate, laboriositate, maximisq; periculis: neq; enim cuivis contingit adire Corinthum, neq; Deus omnibus media ingenii suppeditat, sed purum putum est Dei donum, qui cum honore, cum laude, cum suo merito ad gradum Doctoratus aspirare potest: multi quippe sunt Thyrsigeri, sed pauci Bacchi, inepti enim dignitate illâ onerantur magis quàm honorantur, dum honoribus nomine dignis præfici non possunt, minimis nolunt, unde accidit plerumq;, ut in splendida miseria vivant, non rarò etiam moriantur. *Besold. de Jure Academ. cap. 4. n. 3.* exempla sunt in promtu & de indignis dedecorantibus hunc statum infra c. 6. plura dicentur.

Ergò à status malis accedentibus ad sublationem illius substantialem argumentari non licet: Fuisse verò hanc Fichardi modò dicti querelam, sequentia quiritantia verba indicant: quantum enim ait, illiteratorum laborum (quorum ferè piget si quando recordor) etsi ad rem familiarem non inutilium tot annos sustinuerim, & nunc quoq; sustineam, vel invitus, nihil hic attinet dicere, subinnuens tàm multos &

maxima ex parte inanes labores, nihil cum liberali studio commune habentes, quorũ multi propter clientes cum nausea insumẽdi, devorare se coactum fuisse, quos omnes declinasset, nisi fata in Doctorum ordinem cum conjecissent.

§. 6.

Quòd verò in Academiis ritus promotionum Doctoralium à nostris Majoribus benè fuerit excogitatus, & adhuc usu quotidiano observandus sit, & nemo inde sit deterrendus, suadent rationes firmissimæ. (1.) Ratione causæ Efficientis, quòd Deus honores debitos & meritos generi humano quærendos implantarit, & honorandos quosdam præ aliis mandarit, *Rom. 13. v. 7. reddite cui honorem, honorem*, neque ἀφιλοτιμία est laudanda, sed licitis modis ad honores aspirare concessum est, sicut Ethici disquirunt, videatur *Christian. Matth. lib. 3. systemat. Ethic. sect. 2. disquis. 5. & Christian. Libenthal. Colleg. Ethic. exercitat. 10. quæst. 1.*

(2.) Suadet æquitas: Virtutum enim præmia merentibus tribui convenit *l. 4. C. de statuis & imaginib.* & hoc est ex distributiva justitia, quòd boni & solertes præmiis,

mali

mali verò pœnis affici debeant: nam secundum *Tacit. l. 11. Annal. c. 7. sublatis studiorum pretijs (& præmijs) etiam studia peribunt, ut minus decora*: Verè item Symmachus scripsit *lib. 1. Epist. 73. Scimus bonas artes honore nutriri, atq; hoc specimen esse florentis Reip. ubi honor benè merentibus tribuitur*, præmiorum enim exhortatione boni efficiuntur, *L. 1. §. 1. ff. de J & J. l. 1. §. 18. ff. de extraord. cognit.* nam ut est apud *Thucydidem l. 2. hist. Peloponess.* Apud quos maxima proponuntur virtutis præmia, in eorum Republ. viri sunt præstantissimi: sententia hæc eadem est cum Livii illa ab init. l. 4. *Cujus rei præmium est in civitate, ea maximis auctibus crescit*: Et ejusd. lib. c. 35. *Eò impenditur labor atq; periculum, unde honos & emolumentum speratur, nihil non aggrediuntur homines, si magnis conatibus magna præmia proponantur, magni animi magnis honoribus fiunt.*

(3.) à fine: hoc enim pacto alliciuntur & alii, dum vident industriis saltem honores deferri, nam teste Tullio *lib. 1. Tuscul. quæst. honos alit artes, omnesq; incendimur ad studia gloriâ, & jacent ea semper, quæ aut negliguntur aut improbantur, si incitamenta honestatis*

& virtutis, scholæ subtrahantur, omnis quoq; diligentia, sedulitas & studium unico cumulo tollentur? quis enim virtutem amplectitur ipsam, præmia si tollas.

(4.) à simili. Videmus enim Mechanicos, postqnam tyrocinia sui artificii deposuerunt, & jam satis confirmati sunt, Magistros nominari, & ut sit differentia inter docentem & discentem, coli, honorari: Eccur non inter literatos etiam honestior ordo locum habebit, qui jam statutum studiis tempus consumserunt, & cum laude alios docere possunt, his ergo honores Academicos ambire, præsertim fiduciam suorum studiorum habentibus illicitum non est, *arg. c. in scripturis. c. qui Episcopat. 8. quæst. 1.*

(5.) Et tanto magis cùm creatio Doctorum dependeat unicè à Cæsarea Majestate, quæ hoc modo sua dona vendit benè merentibus, sicut Dii bona sua laboribus vendunt. Videatur *Matth. Stephan. d. tract. c. 14. n. 32, 36. 38. & 60.*

Caput III.

De origine Doctorum.

§. 7.

Quæstioni εἰ ἔστι rectè subjicitur origo, quando primùm Doctorei honores cœperunt: Poteſt autem origo Doctorum ſeu principia eorum ita deduci, ut ſtatuamus triplicia, inchoantia, creſcentia, & perficientia. Inter inchoantia referuntur mores Judæorum & Græcorum: Inter creſcentia conſuetudines Romanorum, inter perficientia inſtituta Germanorum; Moribus Judæorum non erant & habebantur tales Doctores, qui in ſpecie hoc nomine & titulo inſignirentur, habebantur autem Rabbini, qui Doctorum loco erant, cumq; noſtris concordant: *Heigius part. 2. quaſt. Jur. Civil. & Saxon. q. 11. n. 32. ex ſcholarum initiis nominum Doctoralium originem deducit:* Ante diluvium quidem ab Adamo uſq; ad Noachum & transacti diluvii tempora Sanctos Patres Doctorum munia apud domeſticos, & alios ſuſtinuiſſe, demonſtratur exemplis Levitarum & Collegiorum in urbe Hieroſolymitana, quibus ſingulos Doctores præfectos fuiſſe; verum

est *ex actis Apost. c. 6. v. 9. & Matth. 23. v. 2. in cathedra Mosis sederunt Scribæ & Pharisæi*, & qui post illos Rabbini nomine vocitabantur: Rabbinos autem eos saltem appellatos fuisse, qui per impositionem manuum declarabantur Sapientes, asserit præmemoratus *Heigius dict. loc.*

Apud Græcos etiam in scholis Pythagoræ, Socratis, Platonis & Aristotelis ejusmodi Doctores præfuére, qui vocabantur *σόφοι*, unde Philosophus descendit, Pythagoras enim cum coram Leonte Philiasiorum Tyranno interrogatus quis esset ἀ*φιλόσοφον* se, id est *ἐπιθυμητὴν καὶ ἀσπαζόμενον*, ipsamq; sapientiam Philosophiam nominavit: *Laërtius in proœm. Plato lib. 5. de Rep. Cicero lib. 5. Tuscul. quæst.*

§. 8.

Et hæc erant inchoantia principia Doctorum: Apud Romanos verò, quemadmodum omnes artes mirabiliter propagatæ creverunt, ita & artium honores: Et quidem sub initium quartæ Monarchiæ & nativitatem Christi honores hi se valde dilatarunt, Christus enim unus noster Doctor dedit Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores & Doctores. *Ephes. 4. v. 11.* unde

Johan-

Johannes Baptista Rabbi vocatus *Johan. 3. v. 26.* & D. Paulus seipsum nominat Doctorem gentium *1. Timoth. 2. v. 7.* qui porrò alios discipulos educarunt, & post se reliquerunt, unde scholæ Christianorum natæ, in quibus, Alexandrina inprimis, D. Marcus, Pantænus, Clemens, Origenes, Athanasius & alii docuerunt. Postmodum Imperatores Romani & inter eos Augustus potestatē de Jure Respondendi Jurisconsultis concessit. *L. 2. §. obiter. ff. de O. J.* ubi Zasius colligit, hinc Doctorum creandorum originem emersisse, ea enim respondendi facultas non temerè cuilibet licuit, nisi principis accesserat authoritas, interveniente tamen publicorum gymnasiorum examine, *L. reddatur. 8. C. de Prof. & Med. lib. 10.* In Imperio Orientali Græco & quidem sub Justiniano non publica tantùm Gymnasia Juris, Beryti, Romæ, Byzantii excitata, sed etiam quædam appellationum & titulorum ornamenta instituta sunt, & nempe quosdam Justinianæos novos, quosdam Edictales, quosdam Papinianistas, quosdam Lytas & Prolytas appellari sancivit: *Constitut. ad Antecessores. §. 2. nosvero.* Doctores autem tempore Justiniani

in

in triplici erant ordine constituti: aliqui enim Regentes erant, hoc est, in cingulo & actu docendi constituti: alii vacantes, qui docendi munere functi erant, tertii honorarii, qui codicillos doctrinæ sine administratione acceperant, exemplo aliorum bonorum. *l. 2. C. ut dignitatum ordo servetur. lib 12.*

§. 9.

Sub Germanis verò Imperatoribus Doctorum mos perfectionem suam obtinuit. Carolus enim Magnus & alii Principes Christiani studia & dignitatem Doctorum plurimum auxerunt: Et Lotharii Saxonis Imperatoris ætate Anno Christi 1135. (nam qui annum 1151. ponunt propter Chronologiam errare videntur, cùm Lotharium Saxoné Cunradus III. anno 1140. & hunc Fridericus Barbarossa anno 1152. secutus sit, neq; Matthias Stephan *d. loc. c. 14. n. 53.* hunc annum 1151, ut Besoldus quidem de *Jur. Acad. c. 4. n. 4.* eum allegat, sed 1155. posuit) restitutis in integrum civilibus studiis creandorum in scholis Doctorum & Magistrorum mos non tantum retentus, sed & solennibus ceremoniis cohonestari cœpit, adeoq; ad eam perfectionem venit, in

in qua nunc est, & ut sit porrò. DEUS fons dignitatis intimè rogandus est: Is Lotharius Imperator cùm contra Rogerium Siciliæ Regem expeditionem in Italiam suscepisset, Leges Romanas Latino sermone scriptas invenit, & mirifico amore inductus per Irnerium JCtum in scholas & judicia revocavit, utq; ei professioni dignitates adhærerent, primò per Irnerium Cancellarium suum dignitas vel gradus Doctoratus ab eo introductus est: Ideoq; dictus Lotharius Bononiæ promotionē Doctorum instituit, & Jus Augustale quod sibi competit in promotione Doctorum scholæ tribuit, quam promotionis formam Lothario Cæsari Irnerius præscripsisse dicitur, ubi & Juris interpretes Latini, puta Bulgarus, Hugolinus, Martinus, Pileus & alii in Doctores creati sunt: hinc Vulteius *in §. respons. n. 17. J. de J. N. G. & C.* dicit morem hodiernum creandorū Magistrorum a principio Jurisconsultorum fuisse proprium, à quibus eum postea cæterarum Facultatum Professores mutuati sunt. *Matthias Stephani d. l. c. 14. n. 54.* unde Francisc. Vivius *in commun. opinion. verb. Doctoratus, n. 16. Lotharij Panegyristen agit, dum ait:* Lothario

thario major laus, honor & gloria adſcribenda eſt, quàm cæteris Prædeceſſoribus Principibus, & ejus memoria nullò unquam tempore obliviſcenda eſt, ſed reminiſcenda, colenda & adoranda ſemper ab omnibus, ex quo primùs fuit, qui occaſionem præbuit Doctoribus, ut jura docendo publicè illuſtres efficerentur. Irnerius autem hic, aut potius VVernerus homo fuit Germanus, & qui apud Mechtildem Reginam in Italia, gratiâ & authoritate plurimùm polluit, de quo *Förſter. libr. 3. Hiſtor. Jur. Civil. Roman. c. 6.* qui occaſione belli Italici in Apuliâ geſti ex direptione urbis Melfitanæ à Piſanis Pandectas repertas legit, & Lothario ut Romæ & Bononiæ enarrarentur, autor fuit, eundem ad modum, quo olim jus Romanum in Græciam translatum & Conſtantinopoli & Beryti publicè expoſitum fuit: *Heig. p. 1. quæſt. Saxon. q. 7. n. 49.* ubiq; laudandus, niſi quod Authenticas Codici inſeruerit Irnerius, & multis inde erroribus cauſam præbuerit, ſicut deduxit Dn. D. Georg. Rittershus. *in promulſide errorum Irnerianorum Altorfi edita*, & Zaſius *lib. 1. conſil. 4. n. 7.* ait, non nova eſt querela, quod Irnerius vel quisquis ille ſit

alius,

alios, imò Authenticorum non ubiq; fideles transscripsisse, sicut & Claudius Cantiuncula in tract. de off. Judic. c. 1 testatur, quod in transscribendis Authenticorum textibus aliquando vel dormitarit, vel punica religione fidem servarit. Putant quidem nonnulli, quos inter *Sebastian. Schröter Tom. 2 histor. Geograph. pag. 145.* à Chinensibus seu Sinensibus hunc Docturæ & cæteros gradus conferendi inventum Lotharium Imperatorem mutuatum esse: Sed cùm hujus assertionis neq; classicos autores, neq; alios testes habeant, & adhuc inter doctos disputetur, an unquam fuerint in rerum natura hi veteres Chinenses, meritò opinionem hanc missam facimus.

§. 10.

Cum igitur Monachi viderent, introductis in scholis Romanis Legibus, scripturæ sacræ cognitionem frigescere & contemni præ studio Jurisconsultorum, & ipsi quoque Theologicum studium accuratius tractare auspicati sunt, & disputationes scholasticas de rebus sacris instituerunt, sicque etiam honores Doctorales distribuendi copiam nacti sunt: & hinc quoq; dicitur, quòd privilegium & ratio promo-

 vendi

vendi à Bononiensibus ad Parisienses translata fuerit, ubi & Petrus Lombardus primus Theologiæ Doctor creatus. Johann. Limnæus *libr. 8. de Jur. publ. c. 8. n. 2.* Joh. Gerhard. *Tom. 6. de Minist. Eccles. §. 130.* Mox quùm & apud illos Doctorum numerus augeretur, editæ sunt Constitutiones de promotione, de annorum numero, & sancitum est, ut de divinis differentes non modo recepta scholæ decreta sequerentur, sed & vocabulis uterentur & loquendi formulis in ea schola natis, referente *Spigelio in Lexico Juris, verb. Doctorum &c.* Hinc sub Clemente V. in Concilio Viennensi de promotionum sumtibus moderandis expressè constitutum An. Christi 1300. *Clem. 2. de Magistris,* fitq; in eadem constitutione mentio insignium Doctoralium & Magistralium. Alciat, *lib. 8. παρέργ. c. 10.* & Matthias Stephani *lib. 3. d. Jdict. Imperij p. 2. c. 14. n. 60.* Incidit autem creatio Doctorum à Pontificibus instituta in annum Christi 1151. Chytræus *in Chronolog. pag. 309.* Limn. *suprad. l. n. 2.* Sic & Pisis circa illud tempus Medicis dignitas Doctoratus concessa est. *Stephani d. l. n. 55.* Atque ita ab Italis mos hic creandi Doctores, postquam Germa-

niæ Principes Universitates erigere cœperint, ad ipsos Germanos transvolavit, adeo ut Germania nacta fuerit, & Principes doctos, & insuper Docturæ infulis fulgentes, sicuti eos recenset Thomas Lansius *in orat. pro German. pag. 32.* sed & alios Viros præclarissimos, ut saltem eos, qui in Jurisprudentia claruerunt, nominem: inter quos est Johannes Semeca, qui ausus est glossare Decretum à Gratiano compilatũ, dictus vulgo Johannes der Teutsche / floruit Anno Christi 1269. secuti sunt Georgius Heimburgius JCtus Germanus qui claruit 1430. & Casparus Schlickius Sigismundi Imper. Cancellarius, Anno Chr. 1440. Eitelvvolffius de Lapide, 1515. Ulricus Huttenus, Albertus Bolstadius, Henricus Klingenburgius, Leopoldus de Babenberg, qui si non omnes Docturæ titulo claruére, proximi tamen ejus exornatores præ aliis apparuerunt, de quibus consuli potest Melchior Adami *in vitis JCtorum Germaniæ.* Sed Doctorum Juris omnium Germanorum primus, quem ex historiis Germaniæ habere possumus, fuit ex nobilissimo & antiquissimo genere de Mangenfeld, Consiliarius Ottonis Imp. II. circ. ann. 974 qui

veterum Saxonum jura illustravit, *Besoldus in dissert. de Studiosf. Magistris &c. c. 9. p. 155.* notandum est autem, per Imperatorem & non per Academicam facultatem illum Doctorem creatum fuisse, cum eo tempore Academiæ Germaniæ nondum extiterint.

CAPUT IV.

De Definitione Doctoris,

Τὸ τί ἐστι.

§. II.

MIrum mihi accidit, diligentius veteres & novos autores percursitanti, nullam definitionem vel ab uno saltem traditam inveniri potuisse, ipse ergo tentavi, quomodo aptè Doctor describi possit: Doctores enim, si in explicando aliquando non reperiant definitionem in Jure traditam, sibi ipsis aliquam componunt, teste Malagnáno Azzoguido. *d. communib. opinion. lib. 1. c. 2. n. 1.*

Doctorem ergò definio: *Personam in dignitate constitutam, ab Imperatore, aut cui regale creandi Doctores ab eo datum & concessum est, prævio accurato examine virtutis & scientiæ, certis ceremoniis & solennitatibus inaugu-*

augmentum nullisque privilegiis donatum ad commodum Reipubl. cuiusvis. Vel in abstracto definiri potest Doctoratus, *quòd sit dignitas ab Imperatore seu summo Principe, & qui ab eo hoc regale obtinuerunt, in eos multis cum privilegiis solenniter collata, qui virtute ornati examen digne sustinuerunt:* Ad ἔκθεσιν definitionis hujus procedendo: generis loco positum est vocabulum (dignitas) atque ut hoc ex suis principiis confirmetur, recurrendum est ad Jura personarum, ubi status ratione qui vel naturalis vel civilis est, tandem etiam ex civili societate illa differentia prodit, quod ordo aliquis sit vel cum dignitate vel sine dignitate. Definitur autem dignitas à Bartolo *in. l. 1. C. de Dignitat. lib. 12.* quod sit qualitas, quæ facit personam differre à plebeis, seu secundum Ciceronem *libr. 2. de Invent. §. 39.* ubi ait, dignitas est alicujus honesta & cultu & honore & verecundia digna autoritas, quam nunc definitionem eligimus, eam aptissime Doctoratui applicabimus: Testantur autem de generis veritate, quòd Doctoratus sit dignitas, *c. quando de Magistr:* Francisc. Vivius. *in commun. opinion. tit. Doctoratus est dignitas. n. 1. & 2.* Mynsinger. *cen-* ἔκθεσις.

tur. 4 obs. ... Jacob Bonius *de priv. JCtor. privil. ... n. 1.* Rutger Rulând *in tr. de Commiss. libr. 8. c. 2. n. 8.* Guido Papa *decis. ...* Vulteius errare videtur, *du... lib. ... Juris Roman c 6:* Doctores omnes sine exceptione ad cives sine dignitate referens, quamvis forsan excusari posset, quod cum aliis Politicis respexerit potius ad Theologos, Jurisconsultos, Medicos sine gradu simpliciter, ut cives consideratos, dignitatem enim concedit Consiliariis Principum, Professoribus, qui tamen etiam non omnes Doctorum titulo gaudent, facta est etiam Doctorum nulla mentio in toto illo capite sexto, ut ita præsumendum sit, de Doctoribus eo loco Herman. Vulteium non tractasse, sed de studiis omnium facultatum, quatenus in statu civium comprehenduntur & includuntur. Rectius & melius Otto Melander *in Idea Studii politici p. mihi (..6)* statuit & dispescit cives, ut alii sint eminentioris conditionis, alii inferioris: Eminentioris conditionis cives constituit Nobiles & Doctores: Verbo *(ab Imperatore, & qui ab eo regale creandi Doctores obtinuerunt)* innuitur causa Efficiens *de qua infr. c. seq.*

(Prævio accurato examine virtutis & scien-

[illegible]) denotatur causa formalis, de qua [illegible] excluduntur simul indigni & vitiosi, neque enim minima causa est, cur Doctorum gradus hodiernis temporibus vilescat, quod simul digni & indigni ad eum admittantur.

(*V[illegible]tis ceremoniis*) Adjuncta seu modus creandi Doctores indicatur: de quibus infra [illegible] *cap. 21.*

(*Finis est ad commodum Reip. cujusvis*) Quemadmodum enim quivis natus est ad salutem patriæ & Reipubl. ita inprimis Doctores publico bono promovendo destinantur, sicuti Imperator Justinianus *in fine proœm. Institut.* expressè innuit.

CAPUT V.

De causa Efficiente Doctorum,

seu à quibus jus creandi Doctores profluat, & qui creare Doctores possint.

§. 12.

Causam efficientem creandi Doctores facimus duplicem, Primariam & Secundariam: Primariam merito constituimus DEUM TER OPTIMUM Maximum, qui ut Autor est hierarchicorum statu-

ſtatuum, fons dignitatis ſupremus, ita & honorum ſcintillas animis hominum indidit, inde & particularium horum Academicorum honorum autor eſt & unicus fautor conſervatorq; ſic enim in Hierarchia Eccleſiaſtica divinitus inſtituta Paulus Apoſtolus Doctorum quoq; ordinem refert *Epheſ. 4. v 11* inq; ſpecie præcepit, ut preſbyteros & Eccleſiæ Doctores abundantius in charitate hebeamus. *1. Theſſal. 5. v. 13. qui laborant in doctrina*, hoc eſt, qui ſunt Eccleſiæ Doctores, *duplici honore digni habeantur. 1. ad Timoth. 5. v. 17. & Eccleſ. 7. v. 33. honorifica Sacerdotes. c. ſacerdotes. q. 1. & Sapient 8. v. 10 propter hanc* (ſapientiam) *habebo honorem apud Seniores*: quò pertinet dictum *Danielis. 12. v. 3. Erudientes ſplendebunt quaſi ſplendore expanſi, & juſtificantes multos, ut ſtellæ in ſempiterna ſecula*: quo dicto non Sacerdotes tantùm, ſed Principes etiam, Magiſtratus, Judices, JureConſultos, Conſiliarios, ſaniores Theoſophos intelligere teſtatur *Bornitius lib. 1. de præmiis. c. 5. in fin.*

Statum Politicum & qui eundem conſulendo, advocando, adminiſtrando conſervant, inprimis honorandum præcepit, qui

[illegible] *honorant Regem.* Syrach. [illegible] *placebit Magnatibus*, [illegible] quod vertit Lutherus, Ein [illegible] Mann bringt sich selbst zu Ehren. [illegible] *expreßè dicitur, super faciem* [illegible] (quo titulo nullos alios quàm Prudentes intellectos voluit vir sapiens) *impo-* [illegible], Lutherus vertit, einen [illegible] De Medicis disertis verbis Ecclesiasticus *c. 38. v. 1.* habet: *Honora Medicum propter necessitatem. v. 3. in conspectu* [illegible] *collaudabitur.* Probatum ergò honorem Theologis, JCtis & Medicis habendum divinitus mandatum esse.

§ 13.

Si igitur volente & juvante DEO honores hi decreti, ordinatio humana eos facilime consequetur, indeq; altissimi DEI in his terris Vicarius Augustissimus Imperator eos rectissimè distribuendos benèmeritis curabit. Est itaq; Sacra Cæsarea Majestas honorum Doctoralium causa secundaria respectu DEI, respectu autem cæterorum Magistratuum Principalis: Creatio ergo Doctorum est regale munus & pertinet ad reservata Imperatoris, & ossibus ipsius inhæret, qui dignitates facit pro suo

velle: tantæq; est sublimitatis, quod in hoc mundo est veluti unus DEUS corporalis, & super omnes eminet tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis. Br. *ad L. pen. C. de bon. quæ liber.* Sixtinus *de Regal. libr. 1. c. 4. n. 6. & libr. 1. c. 2. n. 27.* Vulteius *libr. 1. de Feud. c. 5. n. 7.* Bocer *de Regalib. c. 2. n. 121.* Conrad Einsidel *de Regalib. c. 2. n. 190.* Cammanus *d. Regalib. Disp. 3. thes. 47.*

Q. 2. Quæritur autem, An defendi posit, quòd quidam volunt Imperatorem, cum uno verbo Doctorem creare posit dicendo: Sis Doctor: ut exemplum habemus in Bartholomæo Bezio Tyrolensi, Oratore ac Legato Cæsareo ad Portam Ottomannicam, quem Rudolphus II. Imperator majoris dignitatis causa solenni diplomate Doctorem Juris renunciavit, Laur. Olhm. *de Jure Episcop. thes. 17. lit. t.* etiam propriè esse Doctorem? & ita putat Bald. *in cap. 1. notab. tit. quis dicatur Dux;* dicens, is qui pluris est, utiq; tanti est: hoc est, est Imperator, est Dux, Marchio, non tantum talis existens per se, sed & alios creans, cur non & Doctor? (2.) quia habet omnia Jura in scrinio pectoris sui. *l. 29. C. de Testament.*

Sed

Sed facilis est decisio ad eum modum instituenda quo & disputatur, an omnia sint Imperatoris, & rectissimè respondetur, omnia esse summi Principis Jurisdictione, imperio, protectione, directione, non verò proprietate; Hottomann, *Illust. quæst. 1.* sicut Seneca loquitur. *libr 7. de Benef. c. 4.* *ad Reges potestas, ad singulos proprietas pertinet.* Ita rectissimè possumus concedere, Imperatorem esse Doctorem Juris utriusq; authoritate & directione, non vero scientia: Respondetur ergo non sequi: est Imperator ut aliquid majus, imò maximum. Ergo & Doctor ut aliquid minus. *Everhard. in Topic. legal. loco à majori*, Sequeretur enim Imperatorem hoc modo omnes homines, status & ordines eorum repræsentare posse quod utiq; absurdum.

Respondetur 2. *ad L. 29. C. de Testam.* non eam loqui de scriniis pectoris Imperatoris, in quo omnia Jura recondita haberet, sicut & Bonifacius VIII. se habere gloriatur. *cap. 1. de constitut in 6.* sed esse locutionem metonymicam subjecti pro adjuncto, & intelligenda esse rescripta & decreta Principum, quæ in scriniis custodiuntur & asservantur, quæ nihil aliud sunt quam

arma-

armarium, in quo ea, quæ diximus, rescripta asservantur, de quibus *Plinius libr. 10. Epist. 71. in fin. Petr. Poncetus de Jure Municip. pag. 13.* Hinc Ulpianus scriniorum Magister dicitur, *teste Lampridio in vit. Alexand. Severi.* Quin ex veteribus *Cynus ad pr. l. 19. C. de Testam.* monet, non esse hoc intelligendum ad literam, quia multi Imperatores ignorarunt Jus, & adhuc ignorant Jus hodie: sed in scrinio pectoris sui, id est, in Curia, quæ debet egregiis abundare Doctoribus, per quorum ora loquatur religiosissimus Princeps. *l. 67. §. fin. de Legat. 2.* Consiliariorum enim suorum respectu & intuitu jura in scrinio pectoris habere Princeps decantatur, Nolden *de statu nobil. c. 5. n. 36.* in iis enim, quæ pertinent ad jus, Princeps raro reperitur Jurista, Andr. Knichen *de Sax. non provoc. jur. verb. Elect. c. 5. n. 94.* & Tiraquell. *d. Nobilitate c. 37. n. 125. pag. 268. (est in Tom. I. operum)* ait, Raro video Principes Legum peritos.

§. 14.

Quod autem de Imperatore diximus, id optume ad alios Reges, Majestatem habentes in suis regnis extendere possumus: Unde quis negabit, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ,

gliæ, Daniæ Regibus regale hoc creandi Doctores competere? cùm passim suis in regnis ac Provinciis Academias instituerint, & creberrimas promotiones Doctorales exercuerint: Cuicunq; enim Majestas competit, eidem & jura Majestatis: At his Regibus omnibus Majestatem competere, cum requisita ejusdem sufficienter habeãt, nempe (1.) incommunicabilis, hoc est, nulli cum statibus sui Regni communis: (2.) Indivisibilis, quoad ipsam Majestatem, non quoad Jura Majestatis, quæ cum statibus communicari possunt. (3.) Suprema. (4.) Perpetua: quivis Iuris publici Consultus videt: Ergo & jura Majestatis, & consequenter jus fundandi Academias & specialius creandi Doctores.

§. 15.

Dictum est Imperatorem per se & unico verbo Doctores creare posse, ubi notandum, quòd talis Doctor creatus per Imperatorem præferatur Doctoribus ab inferioribus renunciatis. *Jos. Nolden. de stat. Nobil. c. 1. n. 15*: sequitur quomodo per alios: Committit autem hoc regale Imperator 1. ex privilegio Archiducibus Austriæ. 2. Comitibus Palatinis illis, qui sunt

sine

ſine Imperio, & Collegiis in Academiis approbatis.

§. 16.

Quod Archi-Duces Auſtriæ attinet, poſſunt illi ex ſpeciali privilegio à Carolo V. indulto, Comites Barones, Nobiles & Doctores Iuris Cæſarei, Medicinæ atq; artium Magiſtros creare. *Sixtin. de Regalib. lib. 1 cap. 4. n. 34. Limnæ. lib. 5. de Jure pub. c. 5. fol. 41. & lib. 8. c. 8. n. 11. Dn. Cluten in Syllog. Rer. quotid. n. 25. in fin.*

Quoad Comites Palatinos (quos *καταχρηστικῶς* ita dici putat *Nolden. d. ſtat. nobil. c. 2. n. 21.*) certum eſt, iis hujus Regalis creandorum Doctorum, quos Bullatos vocant, ab eo, qui cum Majeſtate eſt, conceſſionem fieri ſolere, hos enim ſæpè facultatem habere dandi id quod ad regalia & quidem majora ſpectat, teſtis eſt *Regnerus Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 2. n 33. Bocer de Regal. c. 2 n. 246. & ſingulari diſſertatione diligenter explicuit Thomas Sagittarius.*

Hoc loco circumfertur quæſtio ab omnibus ferè qui de Doctoribus aliquid habent, agitata ideoq; decantatiſsima An
Q. 3. Doctores Bullati ſeu a Comitibus Palatinis, vel per reſcriptum Principis gradum aſſumen-

sumentes iisdem cum Doctoribus aliis creatis in Academiis gaudeant privilegiis? Quaestio ut dixi vulgaris, sed quae in utrũq; Patronos suos invenit: Negantium partes agit Colerus *de Process. Execut. part. 2. c. 3. n. 115.* Ruland. *de Commissar. part. 1. libr. 1. c. 14. n. 8.* Speckhan. *cent. 1. q. 22.* Guido Papa *decis. 388. n. 1.* Jurga-Valent: VVinther *lib. 1. Parthen. Litigios. c. 7. n. 32.* Nolden *de Nobilit. c. 5. n. 39.* Besold *ad. l. 7. & 8. quaest. 5. ff. de I. & I. & cap. 4. de Jur. Academ. n. 5.* Christoph. Cuppener *ad Auth. Habita. C. ne fil. pro patre. n. 15.* Iacob Aleman. *Consult. palaestr. 5.* Hilliger. in Donell. *l. 24. c. 22. L. N.*

Affirmantium castra sequuntur Matth. Stephani *l. 2. de Jurisd. part. 1. c. 6. memb. 1. n. 74.* Arumaeus. *discurs. 1. ad Aur. Bull. θ. 5.* Laur. Ohm *de Jure Epis. θ. 7. lit. B.* Treutler. *p. 1. Disp. 1. θ. 7. l. a. in fin.* Sagittar. *de Comitib. Palatin. θ. 26. lit. B.* Limnaeus *lib. 8. c. 8. n. 14.* Thomas Lansius *de Academ. f. 91.* Aegidius Thomatius *de collectis. §. Medici. n. 8. p. 431.* Johan. Cammann. *disp. de Regal. 3. thes. 53.* Conrad Einsidel *de Regal. cap. 2. n. 191.*

Ego supersedeo recensere argumenta ab

ab his tractata sufficienter, in quibus palmam obtinent Arumaei, Lansii, & Limnaei. qui in specie respondit ad argumenta Besoldi & Noldenii, quò me refero & tantum hoc addo, maximam disputationem in eo versari, quod negantes putent, Bullatos esse indignos & non examinari, cum tamen hoc certo certius sit, quod Comes Palatinus neminem nisi idoneum creare debeat, cum conscientia ejus hoc modo sit adstricta, *teste dicto Conrado* von Einsidel. *n.194.* Et si indignum creavit, non potest talis dici Doctor. Quòd si verò in Academiis indigni creentur, ut saepenumero contingit, Et & illi eodem modo non gaudere poterunt Doctoralibus privilegiis? Hoc verò pacto Bullatus carebit immunitatibus, non qua Bullatus Doctor est, sed qua est indignus: uti etiam Comes Palatinus omninò examinare tenetur promovendos in Doctores (*scuti diploma Reimari Seltrechti Comitis Palatini apud Matth. Stephani d. l. 2. p. 1. c. 6. memb. 1. n. 73.* & aliorum ostendunt, hoc quidem cum Rulando *d. l.* concedi potest: si cui Doctori causa gravis momenti committenda foret, promotum in Academiis Bullato in dubio praeferendum esse, semper

namq;

namq; plus illi confiditur, cujus eruditio & publicè cognita & à pluribus probata est.

§ 17.

Quæritur porrò: quùm jam evictum sit Comites Palatinos sic dictos, Doctores creare posse, si concessionem à summo Principe impetraverint, an non cœteri Principes in Imperio Romano etiam queant usurpare hoc regale? Arumæus *in tract. de Comit. c. 3. n. 56. & 57. rectè negat:* Nam Doctorum promotio solius Imperatoris beneficio conceditur, quæ cum eius voluntate Comitibus illis, non itidem Principibus concessa sit, hi Regale hoc sibi non arrogabunt: Regalia quippe nisi expreſsis & disertis verbis concessa non intelliguntur: Neq; obstat, quod Principes possunt nobilitare quod majus est, E. & Doctores creare. Respondetur enim argumentum à majori, negativè in Jure quidem, nunquam verò affirmativè procedere, Pruckmann. *consil. 49 n. 176. vol. 1.* Daniel Otto *Dialect. Juris. lib 1. c. 17.* Q 4.

(2.) Respondetur hoc regale esse de Reservatis Cæsareis, quæ cum Principibus communicari non possunt: nobilitare autem communicatur cum Principibus.

 Non

Non obstat secundò πολυθρύλητος illa regula, Principes tantum posse in suo territorio, quantum Cæsarem in universo. Respondetur enim, practicam illam, si nudè & crudè ita capiatur, esse falsissimam, sicut ex professo illam pluribus explicuit Theodor. Reinking *de Regim. Secul. & Ecclesiast. lib. 1. class. 5. c. 6.*

§. 18.

Ut plurimum conferuntur gradus Doctorei in Academiis à Principibus & Imperii Statibus fundatis, à summo Imperatore verò confirmatis, & privilegiis dignos gradibus Doctoreis mactandi exornatis, singulis in collegiis; est enim de reservatis Imperatoris Academias confirmare. *Bocer. de Regal. c. 2. n. 121. Conr. Einsidel. de Regal. c. 2. n. 176. Vulteius, lib. 1. de Feud. c. 5. n. 7.* ubi ante omnia tenor diplomatis & privilegiorum Cæsareorum inspiciendus erit: Quædā enim Academiæ possunt in singulis facultatibus Doctores creare, ut VVittebergensis, Tubingensis, Marpurgensis, Argentinensis, quædam tantùm in Juridica & Medica facultate, ut Altorfina. Quæ-
Q. 5. ritur autem hoc loco, an Doctor promotus in Academiis ab Imperatore non confirma-

firmatus pro tali si habendus? & in specie an Doctor in Academia Leidensi Hollandorum creatus, extra confœderatas Belgicas Provincias talis sit, compertum enim est, illam Academiam absq; consensu Imperatoris & nulla confirmatione Imperii Anno 1575. à Guilrelmo Auriaco conditam fuisse: Et responsio facilis est ex superioribus, dicendo non posse haberi pro Doctoribus legitimis (1.) quia medulla & spiritus Academiæ deest: Ordines enim non requisito Imperatoris assensu istam Academiam erexerunt. (2.) certa pactione egerunt, ut in Gallia & Anglia Leidenses Doctores approbarentur. Besold *1. Polit. 12. §. 3. ex Meterano*, qua pactione non fuisset opus, si Ordines jure proprio & sine imminutione Cæsareæ Majestatis Academiam erigere potuissent: Thomas Lansius *de Academiis pag. 6.* Besold, *in dissertat. de studios. Magist. c. ult. p. 149.* Dn. Limnæus *lib. 8. Jur. publ. cap. 1. n. 39. ubi ait:* Nulli sane ego suasor fuerim Lugduni Batavorum gradum ut assumat Doctoris: Non obstat, quod Lugdunenses objicere possent ex Lege ταυ]οπαθείας, quod si illorum Doctores in Imperio nil valeant, se eodem modo &

Germaniæ in Academiis creatos rejicere posse. Respondetur enim, communem Christiani orbis consensum nunc dudum confirmatum, ut quicunq; in aliqua à summo Principe instituta Academia titulum aliquem scholasticum legitimè acquisivit, is passim pro tali graduato in cœteris regnis ac provinciis habeatur, quem universalem consensum Batavi difficulter extirpabunt. *Thom. Lans. d. l, lit. e.*

§. 19.

Q. 6. Quæritur porrò: An promotus in Academia, quæ Pontificis Romani consensu caret, sit pro legitimo Doctore agnoscendus? Difficilis quæstio, quæ tamen nunc melius quàm olim expediri potest: Nostra mens non est, eas Academias pro falsis agnoscere, quæ à Pontifice summo solo confirmatæ sunt, eas enim cum Dn. Joachim. Clutenio *in syllog. rer. quot. n. 21. lit. e.* & Conrado Einsidelio *d. Regalib. c. 2. n. 188.* de consuetudine in Germaniâ, privilegiis illis concessis uti posse statuo: cum in Italiæ civitatibus, Sicilia & sic in toto Petri patrimonio illud indubium antea sit, sed quæstionis cardo in eo hæret, ubi summi Imperatoris confirmatio adest, deest verò

Pontificis, an illa Academia ejusque promoti Doctores deterioris conditionis haberi debeant? Et dicimus nullam omninò eſſe differentiam, & ejusmodi Academias ab Imperatore ſolo confirmatas, cœteris à Pontifice ſolo erectis, vel præter Imperatoris authoritatem etiam Pontificis conſenſu & approbatione munitis nullo modo cedere debere: utut multi aſſentando potius quàm benè ratiocinando contrarium amplectantur, ſicut multi, quando in ejusmodi fundatis Academiis Cæſareanis Doctoris titulum libris vel literis præ vel ſubſcriptum vident, pro J. U. D. legunt Juris Unius Doctor, teſte Harpprechto *in diſput. miſcell. anno 1607. Reſpond. Joh. Ludovic. Brommio Tubingæ habita.*

Nam primò certum, imò præſuppoſitū eſt, jus hoc creandi Doctores eſſe de reſervatis Cæſaris, ipſique jure Majeſtatis competere, quid ergò ad latus opus habet Pontificis conſenſu?

Secundò ex praxi continua perſpicuum eſt, pleraſq; Academias à ſolo Imperatore confirmatas actus ſuos privilegiorum edidiſſe innumeros, ut teſtatur Jenenſis, Julia ſeu Helmſtadienſis, Argentinenſis, Altorfi-

na, Giessensis, Rintelensis &c. & ideo hac ratione magna inferretur injuria florentissimis hisce Germaniæ Academiis: Justus Sinolt *de Vicariis Imperij num. 47. lit. f. qui in specie de Giessensi testatur. Stephan. libr. 3. de Jurisd. part. 2. cap. 2. n. 13. Lansius de Academ. fol. 7. Besold. de Jur. Academ. c. 2. n. 5.* & omnium optumè *Limnæ. d. c. 1. n. 40. & seqq.* Certè ut indicetur quod res est, eæ vetustiores Academiæ, quùm subinde alias novas exurgere, & propter crebras promotiones de ipsarum lucro multum decedere viderent, quæstionis quasi statum junioribus movere nitebantur vel unico hoc glaucomate, Doctores in novis Academiis à solo Imperatore confirmatis, absq; Pontificis Romani adsensu, non admitti ad Imperialem Cameram, & in aula Cæsaris non promoveri: quæ earum propositio est falsissima, *vel ex ordinat. Cameræ, part. 1. tit. 3. §.* Deßgleichen sollen die Beysitzer. ibi: Die Universiteten / welche zum wenigsten von unsern Vorfahrn / Römischen Käysern und Königen. &c. confirmirt &c. Deinde exemplis in contrarium D. Johann. Hartliebii & Pistorii, qui, postquam Marpurgi gradu Doctoratus insigniti, Ca-

ti, Cameram adſidendo exoinarunt: Andreas Gerhard. *ad Authent. Habita. C. ne fil. pro patre, quæſt. 2.* quamvis vana hæc regula ejusmodi vires eundo acquiſierit, ut quædam Academiæ reſpectu Cameræ vigilarint, & ut in Camera admitterentur earum Doctores promoti, diſertis verbis privilegio Cæſareo inſeri curarint, ſicut Senatus Amplißimus Noricus in privilegio ſuo Academ. Altorfinæ dato, hæc verba providam curam ita teſtando, obtinuit: *quodq́ (ſunt verba privilegij de dat. 3. Octobr. 1622) Doctores in hac (Altorfina) promoti & promovendi, poſſint & debeant in omnibus locis & terris, quin & Tribunalibus, Judiciis & Conſiſtoriis Sacri Romani Imperij* (hîc Cameram Imperialem intelligi nemo ambiget) *liberè omnes actus tam ad Judicum & Aſſeſſorum, quàm Profeſſorum officia pertinentes judicandi, de Jure reſpondendi, legendi, docendi &c. facere & exercere &c.* quæ utiq; verba Diplomati Argentinenſi deſunt: dicendum ergò abundantem cautelam non nocere.

CAPUT VI.

De causa Materiali, seu qui Doctores creari possunt?

§. 20.

QUoad causam Materialem, quæ in accidentibus subjecti rationem habet considerandũ, quinam Doctores creari & renunciari possunt? Et uno verbo respondetur, qui digni sunt: Dignitas autem illa variè ex objectorum diversitate æstimatur: Consideratur enim vel quoad Dignitatem 1. Famæ, nativitatis & legitimorum natalium. 2. ætatis justæ. 3. professionis. 4. scientiæ. 5. morum: de quibus in sequentibus plura tractabuntur.

1 Quod dignitatem famæ attinet, in eo consentiunt omnes, maculâ aliquâ honoris & famæ notatos ab his honoribus excludendos esse per L. 2. C, de Dignitat: *neque famosis & notatis & quos scelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt.* Thomas Lans. *de Academ. pag* 91. Dn. Limnæus *d, lib. cap.* 8. *n.* 76. Marq. Frcher. *lib.* 3. *de Infam. c.* 3. *n.* 13. *ubi ait: Bald. stultè dicere infami & excommunicato Doctora-*

tum

tum conferri posse: Perinde autem est, infames laborare Juris vel facti infamia *arg d. l. 2. ibi famosis & notatis, C. de Dignitat.*

Quoad nativitatem legitimam, quæ est ut Doctorandus ex legitimo thoro natus sit, quæritur, An spurii ad Doctoratum admitti possint? Quæ quæstio cardinalis est in tota hac materia, & multos Patronos invenit: Quidam enim ex inclytis Doctoribus negantem amplectuntur sententiam, ut est Mynsing. *cent. 4. observ. 31.* Heig. *part. 1. quæst. Saxon. quæst. 21. n. 59.* Joh. Halbritter *orat. d. privil. Doctor. pag. 300.* Leopold. Hackelmann. *disp. 4. illustr. quæst. quæst. 10. lit. C.* Dn. D. Fridericus Premninger Antecessor olim meus in officio & Affinis plurimùm honorandus p. m. *in additionibus ad Uranij Lecturas ad c. super eo. de Testib. n. 3. & 10.* Dn. D. Erasmus Ungepaur Doctor meus colendus *in prælectionibus publicis ad Pandect. libr. 5. tit. 2. de inoff. test. c. 3. & in Exercit. Justinian. 8. q. 10.* Joh. Gödd. *disp. Pandect. 7. θ fin.* Francisc. Vivius *lib. 1. Decis. 162. n. 10. ajens, spurium non magis Doctorem, quàm asinum fieri hominem.* Affirmantibus adhærent magni itidem Doctores, Jacob. Thoming. *decis. 48. n. 20.* Gabriel Q. 7.

briel Palæott. *d. Spuriis & noth. c. 55.* Harpprecht. *ad §. Injuria. 1. n. 225. I. de Injur.* Bocer *de Regalib. c. 2. n. 36.* Besold. *de Jur. Academ. c. 4. n. 7. quæst. 4.* Fachinæus *lib. 4. controv. Juris. c. 93.* Treutl. *lib. 2. disput. 16. θ. 3. lit. Q.* Dn. Lansius *d. Academ. pag. 90.* Benius *de privil JCtorum privil. 64. n. 6.* Everhardus Bronchorstius *libr. 1. ἐναντιοφανῶν Juris. assert. 22.* Camman. *disp. 3. de Regal. θ. 58. & 59.* Arumæ. *Exercit. Justinian. 11. θ. 9. lit. B.* Matth. Stephani *d. cap. 14. n. 127. usq. ad n. 132.*

Affirmantium hæc sunt argumenta: 1. Spurius potest Decurionem agere. E. & Doctorem, per. *l. 6. ff. de Decurion.* 2. adsunt exempla Spuriorum, qui non modò fuerunt egregii & præstantes viri, verùm etiam ad magnos honores aspirarunt, majores certè ipso Doctoratu, quemadmodũ ex Tiraquell. *d. nobilit. c. 15. n. 31.* & Palæotto. *d. Spuriis. c. ult.* liquet, videatur. *c. 2. dist. 56.* in quo octo Pontifices recensentur spurii: Joannes Andreæ tuba & lucerna Juris Pontificii, Bartolus, Jason Maynus, & Dynus fuére omnes Spurii: Joh. Corasius. *7. Miscellan. Juris. cap. 23.* & putant pleriq; Palæottum non parum suspectum esse propter

pter legitimos natales, cum nothos tam operosè defendendos peculiari tractatu susceperit, qui tamen Cardinalis dignitate cluit.

Econtra negantium rationes hæ sunt: 1. quòd Spuriorum opinio apùd bonos, honestos & cordatos viros gravata sit. 1. quia spurii in Camera Imperiali non admittuntur, *Ordin. Camer. part. 1. tit. 3. §.* Deßgleichen sollen die Beysitzer 2c. Mynsing. *d. l.*

2. Quia in celebrioribus Germaniæ Academiis honores & privilegia Doctoralia illis non conferuntur, *Heig. d. l. & Prenninger supr. d. l. n. 10.*

3. Autoritate Plutarchi *in princ. de liber. educat.* quorù natales vel à patre, vel à matre aliquid vitii habent, eos per communem vitam opprobria comitari: & Euripides: nisi fundamenta stirpis jacta sint probè, miseros necesse est esse deinceps posteros.

2. Adducunt text. *in. L. 27. C. de Inoff. testam. ibi vel levi macula &c.* Ego in hoc sententiarum divortio aliam viam quæro, cum Dn. Limnæo. *d. cap. 5. num. 79.* & puto, spurios infamia Juris quidem non labo-

rare.

rare, non tamen ab omni nævo & macula liberos esse, ideo collegiorum statuta & consuetudinem circa hos esse inspicienda: si enim Tubingæ in natales tam curiosè non inquiritur, si de Candidati virtute & doctrina constet, ut testatur Harpprecht. *supr. d. l.* & hujus conditionis homines ibi admissos fuisse dicat *Besold. d. l.* quisquæso audebit ibidem spuriis denegare Doctoralem dignitatem: econtra ubi in natales inquiritur legitimos, ut de multis Academiis testantur Heigius & Prenningerus, ibidem affirmantes non exaudientur facilè. Consilium igitur Dn. Limnæi utraq; manu approbo, suadentis, ut si spurius honestis moribus eruditioneq; instructus Doctoris velit consequi titulum, ne frustra tempus atque labores videatur insumsisse, hoc remedium quærat prius, ut se faciat legitimari à Comite Palatino, aut quibus potestas natalibus restituendi competit, postea enim Natalium cessante defectu, ipsa quoq; cessabit nota & macula: quamvis Besold. d. l. non necessarium putet spurio, illegitimitatis dispensationem quærere, cum Doctoratus non sit talis honor, qui competat alicui publici officii ratione, sed scientiæ & doctri-

doctrinæ causa: sed non credendum est, honorem Natalium tantùm in publicis officiis considerari, non in honoribus scientiæ ergò oblatis: par enim est ratio nullaq; diversitas, imò major requiritur honoris inquisitio. quò dignitas Doctoralis major est publicis officiis: Doctorum enim dignitas immediatè ab Imperatore profluit, publica officia non item, sed ab inferioribus descendere possunt.

Respondent autem Doctores ad argumenta utrinq; prolata, & quidem ad Affirmantium. 1. quod posſint spurii Decurionatum gerere. Respondet Ampliss. Dn. D. Ungepaur. *d. exerc. 8. quæst. 10.* & infames Decuriones fieri posse. *L. nec infam 12. C. de Decur. & L. unic. C. de Infam. lib. 10.* Si infames, utiq; & spurios? Aliter *L. 6. & L. 3. §. 2. ff. de Decurion.* explicat & respondet Limnæus *d. l. n. 80.* pluribus, quam ut hic recensere opus sit:

Ad exemplum Spuriorum: Respondetur, (1.) non exemplis, sed Legibus judicari, *l. 13. C. de sentent. & Interloc. §. ult. Inst. de Satisdat.* (2.) Exempla esse rara, & non constituere regulam.

Negantium argumentis respondendum est,

rare, non tamen ab omni nævo & macula liberos esse, ideo collegiorum statuta & consuetudinem circa hos esse inspicienda: si enim Tubingæ in natales tam curiosè non inquiritur, si de Candidati virtute & doctrina constet, ut testatur Harpprecht. *supr. d. l.* & hujus conditionis homines ibi admissos fuisse dicat *Besold. d. l.* quisquæso audebit ibidem spuriis denegare Doctoralem dignitatem: econtra ubi in natales inquiritur legitimos, ut de multis Academiis testantur Heigius & Prenningerus, ibidem affirmantes non exaudientur facilè. Consilium igitur Dn. Limnæi utraq; manu approbo, suadentis, ut si spurius honestis moribus eruditioneq; instructus Doctoris velit consequi titulum, ne frustra tempus atque labores videatur insumsisse, hoc remedium quærat prius, ut se faciat legitimari à Comite Palatino, aut quibus potestas natalibus restituendi competit, postea enim Natalium cessante defectu, ipsa quoq; cessabit nota & macula: quamvis Besold. d. l. non necessarium putet spurio, illegitimitatis dispensationem quærere, cum Doctoratus non sit talis honor, qui competat alicui publici officii ratione, sed scientiæ &

doctri-

doctrinæ causa: sed non credendum est, honorem Natalium tantùm in publicis officiis considerari, non in honoribus scientiæ ergò oblatis: par enim est ratio nullaq; diversitas, imò major requiritur honoris inquisitio, quò dignitas Doctoralis major est publicis officiis: Doctorum enim dignitas immediatè ab Imperatore profluit, publica officia non item, sed ab inferioribus descendere possunt.

Respondent autem Doctores ad argumenta utrinq; prolata, & quidem ad Affirmantium. 1. quod possint spurii Decurionatum gerere. Respondet Ampliss. Dn. D. Ungepaur. *d. exerc. 8. quæst. 10.* & infames Decuriones fieri posse. *L. nec infam 12. C. de Decur. & L. unic. C. de Infam. lib. 10.* Si infames, utiq; & spurios? Aliter *L. 6. & L. 3. §. 2. ff. de Decurion.* explicat & respondet Limnæus *d. l. n. 80.* pluribus, quam ut hic recensere opus sit:

Ad exemplum Spuriorum: Respondetur, (1.) non exemplis, sed Legibus judicari, *l. 13. C. de sentent. & Interloc. §. ult. Inst. de Satisdat.* (2.) Exempla esse rara, & non constituere regulam.

Negantium argumentis respondendum

est,

est, & quidem 1. quòd opinio eorum gravetur apud bonos viros: Distinguendo inter personas per se causantes gravationem opinionis & non causantes: de illis veram esse objectionem, de his non: Spurios autem non esse causantes opinionis gravationem, cum citra ipsorum culpam illegitimè procreati sint *L. spurii. 7. de Decurion. Novell. 12. in prin. c. nasci. dist. 56. §. sufficit, 1. J. de Ingenuis*: Exemplo Academiarum non admittentium ad Doctoralem dignitatem spurios, alia opponuntur, & in specie Tübingensium bastardos admittentiũ.

Ad. L. 27. C. de Inoff. testam. Respondetur, levem maculam non posse exponi de macula naturali, sed de nævis & notis famæ ex facto proprio commissis.

§. 21.

Satis de spuriis, sequitur alia quæstio, à nullo hactenus tractata, quæ tamen se aliquando in facto obtulit, An Lictorum filiis honor Doctoralis conferendus? Lictores olim Græca antiquitas vocavit ῥαβδούχους & Sergentarios, de his inferam, quæ CL. vir Dn. D. Conradus Dinnerus, Andreæ JCti Altorfini, & Doctoris mei desideratissimi Parens, Herbipolitanus Consiliarius

Q. 8.

prima-

primarius, in literis privatis doctiſsimè notavit ad CL. Dn. D. Prenningerum ſupra nominatum prid. Idus Septembr. 1597. verba ſunt hæc: Venio ad quæſtionem mihi propoſitam: An Lictorum filii licitè poſſint ad gradus & dignitates Doctorales provehi: Hic ex Romana antiquitate ſcire debes, Lictores primum à Romulo inſtitutos, ut eſt auctor Plutarch. in ejus vita. Dicti autem ſunt à ligando, eo quòd Magiſtratus populi Romani priusquam aliquem verberari juſsiſſet, pedes & manus illi jubebat ligari, quod non obſcurè indicat Cicero in orat. pro Rabir. I. lictor, inquit, colliga manus Præibant autem Magiſtratus & quidem duodeni Conſulem, ProConſules & Prætores ſeni, Dictatores viginti quatuor, portantes virgarum faſciculos, cum ſecuribus ligatos, ac quoties juſsi erant, faſciculos ſolventes, primò virgis cædebant damnatum, mox ſecuri feriebant, fiebant autem faſciculi ſive faſces illi ex betula arbore, detractis virgis, quibus includebatur ſecuris, ut acies ferri in ſummitate emineret, reliqua pars circumducto loro tegeretur, id quo conſilio ſit factum docet idem Plutarch, in probl. Figuram

ram horum fascium vidi multis locis Romæ in antiquissimis monumentis: sed accedendo propius trita est Regula: Infamibus portæ dignitatum non pateant: At Lictores infames esse nullibi lego, uti nec in Edicto Prætoris. *l. 1. ff. de his qui not. infam.* comprehenduntur: & notum est illud, ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: & unius inclusio alterius est exclusio maximè in odiosis restringendis. Ergo si Pater Lictor non est infamis, uti non numeratur inter infames, nunquid filius eâ infamiæ labe affectus est, ut portæ dignitatum (qualis est Doctoratus) ei patére non debeant, Absit, quòd si sub nomine lictoris Carnificis filium intelligis, est quidem Carnificis nomen odiosum vulgò, qui tamen nihil peccat, nec coram DEO, fonte omnis Justitiæ, nec coram mundo: imò DEI, juxta D Paulum, minister est, non suorum affectuum. *c. officia cum duob. seqq. 23. q. 5.* quo circa etiam Carnifex ob officii necessitatem in tutela ac securitate Magistratus est, ut nefas sit illum, ob officii, quod gerit, utilitatem, cædere aut vim inferre. *Constit. Carol. artic. 97.* accedit huc, quod si in Civitate aliqua sit nullus Carnifex sive

Mini-

Miniſtri juſtitiæ, qui ſententiam capitalem exequatur, poterit Judex propter publicam utilitatem cogere aliquem hominem liberum, ut ſit carnifex ſive executor, etiamſi nihil deliquerit, vide Jul. Clarum *in pract. Crim. q. 99. verſ. ſed pone*: hujus rei ego vidi exemplum Venetiis: Quidam Carolus Piſaurus, quòd ſocerum ſuum in cymbâ glande bombardica petiiſſet, aberraſſet autem, & Decem Virûm ſeveritate ad laqueum condemnatus eſſet, á quodam vili ſervulo ſuſpenſus eſt, me ſpectante, Anno 1564. menſ. Februar. Concludo ergo filium Carnificis à limine dignitatis non eſſe arcendum, modò bonus & doctus Vir ſit: ſi enim hoc, deterioris foret conditionis ſuo patre & injuſto odio gravâretur, ſæpè enim èx malis & vitioſis parentibus frugi filii naſcuntur, de quo vide *Diſtinct. 56.* multos egregios Canones, ſicut è bonis Parentibus vitioſi filii, de quibus Proverbium emanavit Heroum filii noxæ, quorum nonnullos recenſet Doctor Andreas von Waſſerſchöpffingen (Tiraquellum intelligit) *in tract. d. pæn. leg. & ſtat. temperand. cauſ. fi. n. 43. cum aliquot ſeqq.* Hactenus D. Conradus Dinnerus eleganter quidem & ner-

vosè: sed ut verum fatear, non ad salivam nostram: etsi enim lictores, apparitores & carnifices non laborent infamiâ, neq; iuris neq; facti, opinione hominum tamen ita sordidi sunt, ut ingenui ab iis abhorreant, & lictores, carnifices, libitinarii, honestis civibus admiscendi non sunt, præsertim quòd mores horum hominum sint pessimi, in omne servile obsequium projecti & pudoris profligati homines. Besold. *in thesaur practico verbo* Schergen. Cicerone enim teste *pro Rabirio*: Concio Lictoris vel carnificis interventu funestatur. Arnis. *libr. 1. Polit. c. 12. p. 324.* Besold. *de Jur. Civium, c. 11. n. 4.* Keckermann. *libr. 1. Systemat. c. 17.* Bodinus quidem *libr. 3. de Repub. c. 8.* Damhoud. *in prax. Crimin. c. 155.* D. Gerhard *Loc. de Magistrat. §. 308.* putant, Carnificis officium non esse inhonestum, quod & nos dicimus, homines verò officium hoc gerentes nostris temporibus adeo sunt abjectæ sortis, sublestæ fidei, sordidissimorum morum, ut quivis abhorreat cum ipsis colloqui, multò magis comedere, quod etiam attestatur Cl. Dn. Matthias Berneggerus lumen & columen Academ. Argentinensis (quo Præceptore in

Poli-

Politicis meum sum finisse in summa felicitatis n… æ humanæ parte semper collocabo) *in Dodec. 1. quæst. ad Taciti Germaniam. q. 11. munus hoc, ait, utpote ad justitiam tuendam pertinens ex sua natura nihil infamiæ vel improbitatis habet:* nisi ex accidente, ut fit, moribus talium hominum pessimis & sordidis aliis operis contaminetur ac infametur: Providebunt ergo accuratè, quibus facultas Doctorum honores elargiendi concessa, nè inconsideratè ejusmodi Lictorum, Carnificum, libitinariorum, agitatorum, excoriatorum filios, utut aliâs doctrinæ laude conspicuos admittant, nisi maculam Ordini universo indelebilem inurere velint.

§. 22.

Respectu justæ & legitimæ ætatis quæritur: An Minor viginti quinque annis in Doctorem promoveri possit? Affirmant hoc Matthias Stephan. *lib. 3 de. Jdiction. p. 2. c. 1 … n. 68. usq. ad. 71.* Thomas Sagittarius *de Comitib. Palatin. thes. 25. Lit. D.* (1) Quemadmodum malitia supplet ætatem, *c. de illis. X. d. desponsat. Impub.* sic & scientia & diligentia. *L. si alter. 3. C. si min. si major. dixer.* quod enim sæpe diffidentia Q. 9.

ætatis differtur, consilio maturiore perficitur. *c. ancill. 32. q. 2. c. illud. 30. q. 3.*

(2.) Magna est diversitas inter hominum ingenia, quidam enim una hora plus capiunt, quàm alii toto anno. E. certum tempus præcisè non dabitur.

(3.) Prostant exempla clarissima eorum, qui infra octodecim annos nati ad Doctoratum cum laude evecti sunt: Ita Nerva respondit de Jure anno ætatis decimo septimo. *l. 1. §. initium ff. de Postuland.* cujus legis tamen verum sensum indagat *Dn. Limnæus d. c. 8. n. 68. 72.* sic Bartolus lucerna Juris vicesimo primo anno ætatis suæ infula doctorali ornatus fuit, teste Valentino Förstero *d. histor. Rom. c. 27.* Dn. D. Leonhardus VVurffbain *d. septenar, num. p. 201.* Sic Carolus Tapias de se testatur, quod ante decimum octavum ætatis suæ annum utriusque Juris Doctoratus insignia promeruerit, *in præf. Comment. ff. de Constit. Princip.* Et Joach. Mynsinger itidem ante annum ætatis vicesimum primum Doctor Juris promotus successit Ulrico Zasio JC. Friburgensi: *Meibomius in carm. apotelesmati adjecto*, & ipse testatur *Centur. 4. observ. 92. n. 2*, Johan. Fichardum JC. Francofurtensem

ſem promotum in Doctorem eſſe cum natus eſſet annos. 18. *ſupra etiam. c. 2. §. 5.* indicatum eſt, & teſtatur Melchior Adami *d. vit. JCtorum German. pag. (mihi) 155.* Sic Marquardus Freherus in Biturigibus anno ætatis duodeviceſimo Licentiatus Juris à Cujacio renunciatus eſt, eodem Adami teſte *in vita Freheri pag. 474.* Paulus Matthias VVehnerus JC. Francus anno ætatis. 21. Aureliis Gallorum. 19. Februarii. 1605. Juris utriusq; Doctor creatus, quod ex ipſius L. C. mſſ. notatum reperi. Econtra poſſunt & in contrarium argumenta recenſeri, in quæ quodammodò propendere lubentius videtur Dn. Limnæus. *d. c. 8. n. 70.* ſicut & Dn. Lanſius *de Academ. p. 88:* Cum plerisque, ait, gravitas & prudentia, ſine quibus Doctoralis dignitas haudquaquam decorè incedit, ante pilos & annos non venit, malim ſi res mei ſit arbitrii, minorem viginti quinq; annis à petitione excludere, ideò quod Adoleſcentibus, utut ingenii aptitudo quadret, judicii tamen firmitas deſit, fragile enim & infirmum hujus ætatis eſt conſilium & multis captionibus ſuppoſitum. *l. 1. in pr. de Minor.* Mediam ergo viam incedo, & cum eod. Limnæo *in d.*

cap. n. 72. statuo, non certum annorum terminum, per quem studiis debitam operam Doctorandus navare adstrictus, adponi posse, sed hæc omnia discretioni Examinantium commendanda esse, qui facilè deprehendent, an docto Adolescenti simul tamen simplici & ob infirmitatem judicii lateres loquenti gradus conferendus, an ad statam & robustiorem ætatem suspendendus, cum unicè oculi eò defigendi, ne dignitas hæc porcis objiciatur, & tandem in contemtum irreparabilem abeat: quantum enim ejusmodi Adolescentuli ob facta minus gravia moresq; infantiles ordinem dedecorêt, experientia quotidiana loquitur, & omnes cordati valdè conqueruntur.

§. 23.

Respectu professionis (non autem consideratur hic studium propositum, propinquum sc. Theologicum, Juridicum, vel Medicum, de quibus infra: sed professio remota) hoc loco quæritur: An Doctorandus debeat esse Academicus, hoc est, ut doctrinam suam in scholis publicis & extra patriam hauserit? Julius Pacius *ad Auth. Habit. C. ne fil. pro Pat. c. 4. n. 8. &* *Sichard.*

Q. 10.

Sichard. ad eand. negant, moti (1.) d. authent. : Iis demum privilegia patent, *qui studiorum causa peregrinantur* : item *qui fiunt amore scientiæ exules, &c.* quæ ratio in illis, qui in patria studiorum causa commorantur, deficit: sed contraria verior est, propter d. Auth. generalitatem : *Omnes scholares &c.* ubi non distinguitur, an in, an extra patriam, publicè an privatim studuerint.

(2.) Allegant text. *in L. 6. §. 2. ff. de Excusat. Tut.* ubi liberales artes ubivis doceri, & ideò disci etiam posse apparet : Profectò ipsa experientia monstrat, multos privatim studiis incumbentes in patria, non tantum immodicos sumtus parentibus erogandos alias cum summa rei familiaris difficultate, comparcere, sed multò majorem diligentiam adhibere, sæpèq; plus proficere, quàm si in Academiis, ubi multò plura propter occasiones se offerunt impedimenta & obstacula, quatuor aut quinque annos consumserint. Et hujus sententiæ approbatores sunt Matth. Stephan. *de Academ. c. 5. n. 34.* Ulricus Helfricus Hunnius *ad d. Authent. c. 1. q. 3. & 5.* Limnæus *d. c. 8. n. 24.* Besold. *de Academ. c. 4. n. 7. q. 2.* qui

tamen addit in statutis Facultatis Juridicæ Tubingensis requiri, ut quis in aliqua Universitate studiis operam dederit, dispensari tamen & loco unius, duas disputationes cuidam Candidato (qui privatim studuerat) fuisse injunctas: Respondetur autem ad d. Authent. *(qui studiorum causa peregrinantur)* Cessante unâ causâ privilegiorum, privilegium ipsum tamen non cessabit: sunt autem plures aliæ causæ, propter quas privilegia Studiosis & Doctorandis concessa sunt in d. Authent. expressæ veluti 1. quòd bona faciant. 2. quòd eorũ scientia illuminetur mundus: 3. quòd scientia sua subditos instruant ad obediendum Deo & Principi. 4. quòd amore scientiæ exules. 5. quòd de divitibus pauperes reddantur. 6. quòd vitam suam exinaniant, studiis sc. vigiliis & laboribus. 7. injurias sæpissimè perferant: hæ inquam causæ nihilominus militant, in illis, qui domi, in patria, privatim studia tractârunt, etsi unica illa peregrinatio, quam non cujusvis marsupium, valetudo, & alia concedunt, desit.

§. 24.

Q. 11. De Judæo quæritur, An & ille Doctor creari queat? Intelligimus autem omnes

eos.

eos, qui adhuc in summa cœcitate præfra-
ctaq; mente, Christi Salvatoris mundi nativitatem, passionem, resurrectionem & ascensionem in cœlos pertinaciter negant, palabundi hinc inde incertis sedibus vagantur, & contra fidem Catholicam detestabilia indies committunt, ita enim vox Judæi usurpatur *in tit. C. de Judæis & Cœlicol.* teste VVesembec. *in πᾶ. ibid. n. 1.* non autem intellectum volumus, Populum Dei peculiarem, qui eadem nobiscum fide salutem æternam quæsivit & adeptus est. *Actor. 15. v. 11.*

Jacob Benius d. privileg. JCtorum *privil. 64. n. 4.* distinguit inter Doctores Juris & Medicinæ, & in Medicina eos Doctoris titulum assumere posse, in Jurisprudentia repelli putat: & consentit Udalr. Zasius *ad rubr. ff. de Just. & Jur.* addens rationem, ideò Judæum Doctorem Medicinæ esse posse, cùm talem esse non sit dignitas, quod tamen iterum restringit ad Chirurgos & Empiricos, non ad Medicinæ Doctores, sicq; discedit à priori sua sententia, quæ etiam omninò est improbanda. Nam, ut infra docebimus, & Medici eadem dignitate fulgent, aut certè fulgere debent, quâ

Juris Consulti aut Theologi, neque datur differentia. Negamus ergo in solidum cum Martino Uranio *in. c. Judæi, n. 7. de Testib.* quem Dn. Limnæus alibi quasi affirmantem allegavit, cum tamen Additionator hoc statuerit, qui fuit non Martinus Uranius, sed Fridericus Prenninger, qui *in Addit. ad c. super eo d. Testib. n. 7. lit. c.* putavit in Medicina, infamia laborantes admitti posse ad Doctoratum, sed ipsi in hac quæstione rectè non credere vult ad assem Dn. Limnæus *libr. 8. c. 4. n. 24.* sicut & ego, imò potius ita argumentamur: Infamibus non patent portæ dignitatum: Atqui Medicina est dignitas: Ergo Medicina non patet infamibus: si non infamibus, utique & Judæis, qui gravissimâ nominis labe apud omnes Christianos laborant, suntq; vel maximè infames, (1.) quia vestitu à personis honestis discernuntur. Ordin. Polit. Francofurt: anno 1577. rubr. von der Juden Kleidung. (2.) Sunt Usurarii publici, quos ipso Iure infames esse docet, *text. in. c. porrò. 3. quæst. 7.* Vide Dn. D. Ioh. Hermann. Stamm Assessorem Cameræ celeberrimum in exquisito tractatu *de servitut. person. libr. 1. tit. 5. c. 1. n. 14.* ubi multos allegat & probat

bat Iudæos in nulla facultate Doctores creari posse.

§. 25.

Quæritur porrò ratione Professionis remotæ: An Monachi possint Doctores creari? Lappulerius *in tr. suo. de Doctor. privil. quæst. 10 p. 1.* affirmat, cùm per studium & doctrinam plus utilitatis Monasterio adferant, quam si Sacramenta administrent: sed negativa hoc modo defendi potest. (1.) Servi sunt incapaces dignitatum, *arg. tit. I. de Servis.* Monachi in locum servorum successerunt. Everhard. in Topic. *in loc. à servo ad Monach.* (2.) Doctoratus finis est scientiâ suâ prodesse Reipubl. Monachus verò non potest prodesse propter professionem religionis, suo namque claustro debet esse contentus, sicut piscis sine aqua caret vitâ, ut loquitur Eugenius *in c. placuit. c. 16. quæst. 1.* ita sine Monasterio Monachus: Atqui Monachus ex claustro, non valet ova duo; Respondetur autem ad (1) similitudinem servorum & Monachorum non per omnia subsistere, sed tantùm in favoralibus procedere, non verò in odiosis: Q. 12.

2. Respondetur Monachum etsi inclusum, scri-

scribendo tamen meditandoq; æquè prodesse, ac si foràs in publica luce victitandum ei esset: Affirmativa ergo salva est.

§. 26.

Ratione scientiæ digni sunt, qui excellenti doctrinâ per Examinatores probarî pollent: Hinc quæritur, An indignis, aut non sufficienter doctis gradus Doctoralis conferendus? Lenauder. *in tr. de Doctorib. quæst. 8. p. 1.* affirmat, putans Doctorandū etsi in examine non benè steterit, nihilominus tamen eundem acceptâ asiduitatis & diligentiæ fide promoveri posse (1.) quia spes est quòd posit proficere: (2.) ne fortè hominum ingenio excellentium animi, repulsæ ignominia à studiis alienentur: quod etiam defendit Petr. Rebuffus *d. scholarium privil. 84. pag. 252.* & Andr. Alciat. *lib. 1. de Verb. signific. n. 51. pag. (mihi) 29. edit. Lugdun.* propter indolem, ait, & spem futuram multa contra regulas recepta sunt, quapropter traditum est, eos qui optimi sint ingenii, posse ad Doctoratus (ut vocant) apicem promoveri, tametsi ad hoc non multum profecerint, si spes futuræ diligentiæ subsit. Econtra Lansius *in tr. de Academ. p. 87.* Bocer. *de Regal. c. 2. n. 125. 127.* negant,

negant, rationes sunt multæ. (1.) textus est *in. L. 2. §. post hunc. 47. vers. non peti, sed præstari solere. ff. de O. I.* præstanda est nobilis scientia non petenda. (2.) Item sui fiduciam debet habere. *d. l.* qui autem spem habet, fiduciam non habet. (3.) gravat conscientiam examinantium, qui dignos promovere debent: At quomodo dignum judicabunt, quem dignum non deprehenderunt: unde Zasius *ad d. l. 2. §. & ut obiter n. 6. scitè ait:* qui præter scientiæ meritum Magisterium suscipit, inaniter dici, quod non est concupiscit: & n. eo. explicans verba (*præstari solere*) non ad nudam petitionem, ait, sed tunc concedi solere, quando petens facti evidentia idoneus videretur, & hoc ostendunt verba sequentia, si quis fiduciam sui haberet, delectari se populo ad respondendum, hoc est, si quis fiducia sui delectaretur eo munere, is se præpararet, hoc est aptum ostenderet. Unde *num. 11.* infert dolo non carere vel à lata culpa non excusari, qui cum sint imperiti, Doctorum titulos asciscunt, qui ampullis verborum jactantiunculi, vultuoso supercilio minabundi peritiam foris ostentant, quam asserere tàm non possunt, quàm sunt

ab

ab omni studio alienissimi. (4.) Argumentum est iterum *in d. l. 2. § post hos. 41. ff d. Orig. Jur.* Turpe est causas oranti jus, in quo versatur, ignorare. At imperitus Doctor ignorat jus, aut certè parum callet: Ergo admittendus non est: nam Doctor sine scientia est, ut Comes sine Comitatu. Nevizan. *lib. 5. sylv. nuptial n. 40.* seu ut Arumæus *de Comitiis, c. 7. n. 129.* specialius eloquitur: Doctor sine Lege, Eques sine equo, Episcopus sine Episcopatu, Abbas sine præbenda, dicuntur Nullatenses & Equites in herba: Qui enim immaturi adhuc, & absque certa studiorum fiducia ad gradum Doctorum properant, illi crudæ adhuc studia in forum propellunt. Bocer. *d. n. 127.* & hisce negantibus accedit quoad Theologos D. Brochmann. *in syftemat. Theolog. de Minist. Eccles. fol. 975.* iisdem ferè rationibus. Respondemus ergò cum Lansio *d. l.* non cum honore Academiarum fieri, quòd illos, qui in Examinibus non benè steterunt infulis graduum insigniant, ut ut spem futurorum ingenii fructuum fecerint: quid enim si Doctorellus ejusmodi non præstet eam diligentiam, quam promisit? quid si successus studio-

rum

rum expectationi non respondeat? Et sæpius contigit fefellisse, qui sic Doctorati mox omni laureæ curâ abjectâ & Universitatibus & Creatoribus suis notas certè non bonas inusserunt: Virtutum præmia merentibus, (non dicunt Imperatores merituris) tribui convenit. *L. ult. C. de Stat. & Imagin.* Et ita etiam Brochmannus censet: quod experientia testetur, eos, qui ad munus Ecclesiasticum rudes admissi, in sua ruditate permanere, ut ut sedulitatem in discendo promiserint: & quid respondendum DEO, si multi ex Auditoribus pereant, antequam Pastor ea didicerit, quæ aliis instillabit. *Ezech. 33. v. 12.* quod idem in cæteris facultatibus Juridica & Medica omninò locum habet.

§. 27.

His ita præmissis iterum quæritur: An Doctor indoctus debeat frui privilegiis Doctorum? Et omnes ferè negant rectissimè, privilegia enim ab Imperatoribus saltem dignis & benè meritis sunt promissa. *Auth. Habita C. ne fil. pro patre. Petr. Greg. Tholos. lib. 18 de Republ. c. 9. n. 7. pag. (mihi) 1247. Petr. Lenauder. d. tract. q. 13. p. 1.* Q. 14.

alle-

allegans. c. [illegible] 23. q. 5. ubi non faciens opera Christiani, Christianus non est: Ita dicens se Doctorem & tamen opera Doctoris non faciens, mentitur. Iosias Nolden *de statu Nobil. c. 5. n. 40.*

§. 28.

Q. 15. An Professores in Academiis & Comites Palatini indignos creantes puniantur, aut puniri debeant? Affirmat iterum Tholosan *d. c. 9. n. 9. arg. text. in. c. quando Episcop. distinct. 24.* Rebuff *de privil. studios. privil 87. fol. 256.* ubi ait, Doctores approbantes imperitum pœna privationis dignitatis puniri, qui tamen addit, sed hodie ferè omnes amitterent dignitatem.

§. 29.

De ignavis Doctoribus, qui assumto Doctoratus gradu studia negligunt, & quod didicerant obliviscuntur, quæritur, Q. 16. an reexaminandi aut planè Doctoratu privandi sint? Tholosan. *d. c. 9. n. 10.* affirmat, tales, qui titulo tenus Doctores sunt, & qui neglectu studiorum, quod jam didicerant, amiserunt, digni essent qui iterum examinarentur: & Reipubl. salutare esse, approbatum semel in Doctorem posse reprobari, si postea inveniatur insufficiens: imò & insigni-

insignibus posse privari, saltem privilegiis; nisi casu vel morbo, vel senectute fuerit scientia amissa. Hippol. de Marsil. *in tract. de Bannitis*, tradit promotum ad Lecturam, qui reperiatur indoctus, posse privari & etiam degradari à Doctoratu.

§. 3ā.

Tandem debet Doctorandus etiam dignitate morum præcellere, hoc est, ut loquuntur Impp. *in L. unic. C. de Professf.* ut Doctor laudabilem in se probis moribus vitam esse monstret: Oportet ergò eum esse pium, prudentem, sobrium, humanum, officiosum, & virtutibus omnibus excultum? quas virtutes cùm Doctores Politici & Ethici exactè tractent, ubi de Principum Consiliariorum, Legatorum, Commissariorum requisitis agunt, odiosa repetitione hic supersedebo, videatur Antonius Pitsillus de bono Principe, Henricus Farnesius de perfecto Principe, Vincentius Castellanus, Franciscus Patritius de Institutione Principum, Besoldus de Consiliis Politicis, Rutger Ruland. de Commissariis; Hermann, Kirchner d. Legatis: sed ἀναμάρτητον vix est ut Doctorem offeramus; homines quippe sunt, labi, errare & gravi-

ter peccare possunt, & nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit. Senec. *de Tranquill. animi. c. 15.* semel insanivimus omnes: ut ferenda vitia, ratio Christianismi & conditio humana suadeant, modò non sint magna quæ vel partes sinceriores secum trahant vel toti corpori turpem notam inurant, ait Dn. Lansius *d. Acad. fol. 10.*

Caput VII.

De Causa Formali Doctorum.

§. 31.

METhodi ratio suppeditat, ut ad causam formalem progrediamur: Forma igitur in eo consistit, ut perpendatur, quæ sint requisita Doctoris, seu ut aliquis Doctor nominetur & sit, quæ requirantur: Sunt autem tria requisita. 1. Licentia & decretum superioris, qui est Imperator Augustissimus, & de hoc est actum supra capite quinto.

2. Examen Doctorale.

3. Ceremoniæ & solennitates, de quibus infra cap. 21.

Examen ergò omnium maximè requiritur, utpote in quo substantia Doctoris consistit, etsi enim authoritatem Imperatoris

toris concedentis (mediatè quidem, si enim immediatè obtenditur & habetur aliud dicendum *cap. 5. §. 13. & 15.* videatur Besold *differt. d. Studios. Magistr, pag. 151.* Dn. Limnæus *l. 8. d. Jur. pub. c. 8. n. 9 & 10.* Lansius *de Academiis pag. 93.* Jacobus Benius *de privilegiis Jurisconsultorum part. 3. in proœm. n. 13.* qui tamen & hîc limitant, quòd præsupponenda sit eruditio & scientia Doctorandi,) pro se quis haberet, & tamen examina nulla subiisset, inanis esset gloriatio de Doctore suo: de substantia utiq; promovendi Doctoris est scientia, de qua constare debet, priusquam fiat gradus collatio: Doctores autem antequam creentur, ter examinari putat Br. *ad L. Magist. C. de Magistris lib. 10.* 1. à Doctore præsentante (in cujus locum puto hodie disputationem publicam successisse.) 2. in examine privato. 3. in examine publico: Hodiernis moribus tria quidem sunt examina: Unum publicum quod disputatione publica expeditur, vel sine Præside, ut Basileæ, Argentorati, Altorfi fit, vel cum Præside, ut VVittebergæ, Jenæ & Tubingæ solitum est: duo reliqua sunt privata, & unum dicitur Tentamen seu Proba *l. nemini. 11. C.*

d. adv. Div. jud. ubi ſcientia univerſaliter per ſaltum examinatur: alterum rigoroſum, ubi locus & textus difficilis & gravis intra viginti quatuor horas elaborandus proponitur, ex eodemq; examinatio inſtituitur, loca autem pro diverſitate Profeſſionum, ſunt vel Biblica, vel Juris Civilis & Canonici ſimul (nam hic Candidati Juris duplicem laborem inſumere tenentur) vel Hippocratis, aut alterius claſsici Medici: In Academiis Saxonicis Candidati etiam lectionem unam vel alteram, quam Curſoriam etiam nominant, publicè inſtituere ſolent: Theologis hoc inſuper laboris additur, ut concionem publicam δοκιμαστικὴν aſsignato ipſis textu inſigni pro ſuggeſtu habere debeant.

§. 32.

Antequam ad examen pertexendum
Q. 17. accedamus: quæritur, An Examen Doctorale ſit neceſſarium? Matth. Stephani. *d. l. c. 14. n. 71.* & Everh. Speckhan. *Cent. 2. quæſt. 11. n. 29.* negant, quin & Studioſus, ait, notoriè peritus poteſt ſine examine promoveri; vel ſaltem modico adhibito pro forma. Rectius verò affirmatur (1.) *per text. in, L. nemini. 11. C. de Advoc. div. judic.*

judic. ubi. §. 1. non aliter verò consortio Advocatorum tuæ sedis aliquis societur, nisi prius in Examine &c. Item: Jurisperitos, etiam eorum Doctores jubemus juratos sub gestorum testificatione depromere, esse eum, qui pòsthac surrogari voluerit, peritia Juris instructum.

(2.) per. L. Magistr. C. de Professor. & Medic. lib. 10. c. nullus ordinetur. dist. 24.

(3.) ubi examen pro forma requiritur ut in Doctore creando (nam omnia diplomata Cæsarea examinationis expressè meminerunt) etiam notoriè doctus debet examinari, ut forma servetur, sine qua actus corrueret *L. Julianus. 9. §. 3. ff. ad Exhibend.* Petrus Rebuff. *privil. 86. qui Cadurci, Biturigibus & Parisiis ita se servasse scribit.* Lans. *d. Academ. pag. 87.*

(4.) In Camera Imperiali nullus recipitur, nisi qui publicum Examen sustinuerit. *Ordin. Camer. part. 1. tit. 18.* Responderi ergò potest κατὰ βίαιον, imò quò quis est doctior, eò accuratius est examinandus, nam quantò quis est doctior, tanto delectabilius Examen est, ait Rebuff. *d. loc.*

§. 33.

Quale autem examen Doctorandorum esse debeat, investigandum nunc est. 1. Debet esse non immoderatum. 2. non spinosum. 3. non affectuosum. 4. non importunum.

Moderatum examen intelligo, quando candidè, humaniter & placidè examinantes conferunt cum examinando, neq; vultu austero torvoq; aut titubante capite ferociunt & examinando timorem & pusillanimitatem incutiunt. Rebuff. *d. privileg. schol privil. 87. pag. 257.* non est exigenda nimis rigida & amara examinatio sed mediocris *arg. L. si quid. ff. de Ædil. edict*: quia qui nimis emungit, sanguinem elicit, & cogitare debet examinans, quòd si examinaretur, fortè non responderet: potest enim stultus lapillum in puteum dejicere, quem decem sapientes non possunt exhaurire, secundùm Scaligerum: Jacob. Alemann. *in palæstr. Consult. cons. 3.* D. Theodoric. *in festo D. Johann. Evangelist. part. 3. pag. 187.* Recordor sæpius me audivisse à Clariss. Dn. D. Andrea Dinnero Præceptore & Promotore meo ætatem honorando p. m. quòd Hubertus Gifanius ille

Juris-

JurisConsultus, qui totum orbem literariũ eloquentissimis & sapientissimis scriptis beavit, Doctor ipsius sæpius dixerit: Maximam eorum partem, de quibus in examine suo Doctorali interrogatus, se postmodum didicisse, quem tamen peritia juris, imò in omni scientiâ tùm temporis excelluisse nemo dubitabit: Et certè cùm examinantes præmeditati veniant ad examẽ, & ἐσκεμμένως loquantur, examinandus econtrà nesciat, quid in examine futurum, de quo examinetur; quivis profectò candidus facilè largietur, placidè cum examinando agendum esse:

Ideo 2. non debet esse examen spinosum, exulent quæstiones, quæ nec scienti prosunt, nec ignoranti obsunt, quas si contineas, nihil tacitam conscientiam juvant, si proferas, non doctior videberis, sed molestior, ut contendentibus de prioritate scriptionis Iliadis & Odysseæ id responsi dedit Senec. *de brevit. vit. c. 13.* qua in parte ICti omnium maximè peccant, ut non injuria Ioann. VVovverius *d. Polymathia c. 19.* eos exagitârit: quantum (inquiens) demutàvit Iurisprudentia ab illa antiquâ sapientiâ civili, cùm juvenes in scholis rixen-

 tur,

tur, commiſsi diſputationibus ludicris & inſtar ſpinarũ paribus aculeis invicem obverſis, quibus tàm bellè inſtruuntur, ut cùm in forum venerint, putent ſe in alium orbem eſſe delatos: Ingenuè ego fateor multa in Academiis eſſe diſcenda, quæ quis poſtmodum dediſcere neceſſe habet: Ejus generis quæſtiones ſunt infinitæ apud Juriscònſultos, ſicuti eas recenſet Anton. Heringius *d. Fidejuſſorib. c. 10. n. 103.* & memini quæſitum fuiſſe quendam Candidatum, ubi extet in Iure bovem concipere & párere, *(eſt autem L. 10. §. 2. ff. de Vſucap.)* quomodo conficiatur Zythum *(in l. 9. pr. ff. de leg. trit.)*. Memini etiam Argentinæ fuiſſe quendam interrogatum, quæ ſit breviſsima Lex in toto Iure? non mirandum ſi neſcierit ex tempore *(eſt autem l. 2. ff. de Incend. ruin: item l. 21. ff. de reb. auct. jud. poſſ. quarum hæc octo, illa verò ſex ſaltem literis conſtat.)* Altorfi etiam Candidatus quidam quæſitus fuit, ubi extet in Iure, quando vinum novum bibendum ſit? *(eſt autem l. 10. C. de erogat. militar. annon.)* quæ quæſtio, ut tradidi ſuprà, à Lenauderio *q. 62. p. 4.* attingitur, & ad Doctores applicatur, quando incipi debeat potari vinum no-

vum

vum per Doctores: Et respondet ibidem in prima die Novembris omitti debere potationem vini antiqui *per h. text.* qui etiam habet: Baldum quæsitum fuisse à Duce Mediolanensium, an sciret legem loquentem de vespis, quæ sunt in segete, & ait, ipse benè reperit, quia studebat, sed qui non vult studere, non reperiet, est autem *in L. ex conduct. 15. §. 2. ff. Locat. l. si merces. 25. §. 6. ff. eod.* Hæ & aliæ ejus farinæ quæstiones, neq; sunt utiles, neq; necessariæ, & ab Examinantibus ferè ideò proponuntur, ut examinando pudorem incutiant & sic vexent.

Tertio debet examen esse absq; affectu malevolo, irâ, odio, invidia & livore, durum enim est ab inimico vel superbo examinari, cum plus quærat indoctus, quàm sciat solvere doctus, & communiter dicitur, quod affectio perturbet homines, & ideò propter affectionem (bonam sive malam) non possunt rectè examinare, imò *Rebuff. privil. 87. arbitratur*, quòd scholaris posit rejicere suum Doctorem ab Examine, si sit ei suspectus, quod tamen vix practicabitur.

Quartò debet examen esse opportunũ,

hoc est, Examinantes inquirant in tempus, quod Candidatus studiis adhibuit: Theologis & Medicis non sunt stata tempora, intra quæ studia sua absolvere debent, de JCtis verò extat provisio Imperatoria *in Constit. ad Antecessores, §. 2. nos vero &c.* unde patet, Juridico studio olim quadriennium, hodiè quinquennium statutum. *§. 5. v. quibus &c.* ante quod tempus consortio Advocatorum nemo poterat sociari. *L. 3. §. 4. & l. 5. §. 4. C. de Advoc. divers. Judic. Cuiac. lib. 12. obser. c. ult.* quod idem est, cum moribus nostris, ubi discipuli, certos annos addiscendo artificio destinatos, sustinere & superare tenentur, Müssen die LehrJahr außstehen: Huic quinquennio certa etiam præfixit nomina Imperator, & primi anni Auditores Justinianæos novos nuncupari constituit; secundo in anno Edictales dici approbat, quos alii Pandectarios vocant: tertio anno Papinianistas, quarto Lytas, quinto Prolytas nominari præcepit: sed hi gradus exoleverunt, & eorum loco, tempore Lotharii Imperatoris gradus Baccalaureorum, Magistrorum, Licentiatorum, Doctorum introducti sunt, teste *Matth. Steph. d. l. c. 14. n. 219.*

n.219. vocabula autem illa eleganter explicat Dn. Limnæus *d.c.8. n.61. & seqq.* Besoldus *in differtat. d. Studiof. Magiſt. c.5. pag.61.* De Jure Canonico liquet, ei ſeptennium eſſe præſtitutum. *arg. c. cum ex eo de Elect. & elect. poteſt. in 6.* imo decennium etiam hujus ſtudii requirit *Johann. Cephal. conſil. 232. l.2.* imò Jaſon ſcribit, profunditatem Juris ad quadraginta annos ſe extendere *in L. quid cum fil. ff. de V. O.*

Quæritur autem an illud quinquennium adhuc hodie ſit obſervandum, adeò ut nulli ad gradum ſupremum aſpirare liceat, niſi illud compleverit? Johan. Camman. *diſp.3. de Regal. n.47.* Valentin. Arithmæ. *in præfat. periculorum tertiorum &c.* Förſterus *Diſp.1. ad Inſtit. Th.16.* affirmant, quorum ille ita concludit: quod ſi ætate Juſtiniani hoc tempus deſideratum fuit, anne hoc tempore φιλόδικος idem vel majus tempus huic ſtudio impendere erubeſcet? argumenta ſunt (1.) quod ſit ſanctio Imperatoris, cui merito obtemperandum. 2. quod Juri Civili, Jus Canonicum & feudale acceſſerit: & ſcribit Beuſtius: In terris Saxonicis Doctores in triplici Jure, ſi hoc ita uſitatum eſſet promovendos eſſe, Q. 18.

nempe

nempe non tantùm in Jure Civili & Canonico, sed & Jure Saxonico. Econtra verò Bocer. *d. Regal. c. 2. n. 124. 128.* Thomas Lansl. *d. Academ. pag. 88.* Petr. Rebuff. *privil. 84.* Everh. Speckhan *cent. 2. quæst. 11. n. 30* negant, non esse necessarium præcisè quinquennium expectare, sed si Candidatus ex Calecutio venerit, & vix quadriennium vel triennium in studio Juris collocaverit, at secum adferat solidam doctrinam, & mores inculpatos, tali honorem non esse denegandum, & in numerum Advocatorum supremæ Curiæ VVürttembergicæ admitti, qui per triennium vel quadriennium juri sedulam operam navarunt, testis est idem Bocer *d. l. n. 218.* quemadmodum enim aliàs tempus non est mater producendæ obligationis, sic nec causa est eruditionis, doctrina verò est sola causa definiti temporis: Respondetur ergo: Constitutionem Justiniani ab aula recessisse, cum gradus illi personarū amplius in usu non sint. 2. Fatendum est, Juris studiosum se magno Oceano committere, dum Ius Civile, Canonicum, Feudale, Saxonicum, Statutarium, Camerale, & quòd primo loco ponendum, Publicum jus enavigare

gare ingreditur: idcircò labor indefessus requiritur, & cupidæ Legum juventuti propositis maximis præmiis suam Iurisprudentiam commendavit Imperator.

Ferrea mens, podex sit plumbeus. aurea pera
Jüriscon sultus sic potes esse bonus.

canit Reüsner *p. 3. carmin. pag. 18.* seu ut alius citante VVilhelm. Antonii *d. rescript. morator. in proœm. n. 10.* cecinit:

Qui cupit immensi perplexa volumina Juris
Discere, nec rabulæ munus habere foro:
Plumbeus hunc podex, argentea pera, metallo
Et caput è chalybis frigidiore decent.
Multa tulit fecitq; puer, sudavit & alsit,
Impiger extremos currit Studiosus ad Indos
Per mare; stultitiā fugiens, per saxa, per ignes.

Quod si ad tot annos restringere vellemus scientiam Iuris, quot quæso morientur, qui nunquam attingent etiam satis docti, & posset quis cum Ioh. Fabro exclamare: Amice, tu eris Advocatus in alio seculo, ut eum allegat Pacian. *de Probation. l. 2. c. 41. n. 47.* idcirco monet Seneca. *epist. 9.* juveni esse parandum, seni utendum.

§. 24.

Peracto examine, imò ante Examen, uti quibusdam in locis fit, Candidatus suis

Exa-

Examinatoribus remunerationem certam honoris causa porrigit, quod habet fundamentum à vetustate: Omnes enim qui novi in ordinem venerunt, modicum aliquid pro introitu seu εἰσδεκτικὸν Collegis, tribulibus & suffragatoribus suis erogarunt, *l. 7. l. 11. C. de prox. sacror. scrinior lib. 12. tit. 19.* Matth. de Afflict. *in rubr. constitut. Fridr. de Jure protimis. n. 35.*
Q. 19. Quæritur hic, An filius Doctoris Collegii gratis debeat examinari? Et ita putat. dict. de Afflict. *per. L. jubemus. C. de Adv. divers. jud.* & de hoc factum fuisse statutum in Collegio Neapolitano. Quot autem requirantur Doctores ad examinationem Doctorandi? diversæ sunt sententiæ, pleriq; putant septem Doctores requiri propter *l. si quis C. d. prof. & Med: lib. 10.* ubi à septem approbari debet Archiater aggregandus: Sed sciendum illam L. amplius non practicari & tribus ad minimum, quatuor vel quinq; Doctoribus examina hodie absolvi. Benius d. privil. ICt. *priv. 11. n. 4. pag. (mihi) 14.* Dn. Limnæus *l. 8. c. 8. n. 14. & 64.* Fulu. Pacianus *2. d. probat. c. 41. n. 104. 105.* Ant. Heringius *d. fidejuss. c. 9. n. 20.* Dn. Arumæus *disp. 1. ad A. B. th. 5.*

§. 35.

Ad causam formalem accidentalem referimus Tempus & Locum, ubi, & quando Doctores promovendi: Peracto enim Examine & allatis bonis novis, nihil amplius restat quàm ipse actus Doctoralis: Tempus autem est indifferens, actus ille instituatur, quando velit, diebus profanis & juridicis, an verò festis: De diebus festis Q. 20. dubitatio incidit quidem, *per text. in L. omnes, & in L. dies fest. 11. pr. C. de Feriis*, ubi habetur dies festos Majestati altissimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari: At actibus Doctoralibus substituuntur convivia lauta & opipara, quæ sine voluptate & lætitia non perficiuntur. Ergo & in diebus festis institui non debent: sed affirmativa rectè defenditur, si cultus verbi divini merito præcedat hunc actum, & omnia in nomine IESU Christi inchoëntur. *Coloss. 3. v. 17.* tunc subsequens convivium in timore DEI rectè celebrari poterit: sic Aldorfi laudabiliter receptum, ut in festo Petri-Pauli Apostolorum, Universitatis illius natali, actus Doctorei interdum instituantur, quos autem præcedit concio sacra ad Doctorandos benedicendo, gratu-

jando,

lando, monendo & docendo directa: sicq; anno 1628. ipso festo horum Apôstolorum Ampliss. Dn. D. Andreas Dinnerus JCtus sagacissimus, Promotor & Doctor meus ætatem honorandus me tiara Doctorali decoravit: Et adest ratio in promtu, quia quæ voluntariæ Jurisdictionis sunt, utpote manumissiones, legitimationes, transactiones, matrimonia, (quo & Doctoratum refero) & consimilia negotia non rejiciuntur hisce diebus tractanda. *l. r.* 2. 3. 5. 8. 9. *C. de Feriis & l.* 2. *&* 3. *ff. eod.* Gail. *1. observ.* 53. *n.* 10. 11. 13. Dn. D. Beüther *tr. de feriis & fest. c.* 5. *n.* 9.

De Academia Altorfina in specie hoc notum est, quòd quotannis sub hoc festo natalem Academiæ celebrare, & sic interveniente actu Doctorali splendidiorem efficere soleat.

De loco quæritur, ubi actus Doctoralis celebrari debeat? & ferè ibidem celebratur, quo examen habetur, in Collegiis nempe Facultatum & illo quod cæteris est augustius & amplius: Non nescio alia etiam loca interdum seligi, privatá etiam, quæ tamen non facilè eligenda, si circumstantiæ necessariò id non requirant:, De templis Eccle-

Ecclesiarum quæritur: An in illis gradus Q. 21.
Doctoralis peragi possit? Lenauder. *d. tr. q. 29. p. 1.* affirmat (1.) quòd hic actus sit justus, legitimus, & Ecclesiasticus: (2.) quòd consuetudine roboretur generali: sic Cadomi semper consuevêre Doctores Theologiæ in Ecclesia fratrum Minorum de Cadomo Doctorari: Ita Argentorati omnes actus Doctorales instituuntur in templo Cœnobii Prædicatorum: & idem censet *Bertazzolius JC, Ferrariensis in tr. clausul. Instrum. clausf. 2. gl. 1. n. 6. ibi similiter quis doctorari potest in Ecclesiis.*

Objicitur autem *c. cum Eccles. de immunit. Eccles.* quòd Ecclesia domus orationis vocari debeat, nec fieri debere domum negotiationis & speluncam latronum. Respondendum enim est distinguendo inter actus Jurisdictionis contentiosæ & voluntariæ, primo casu non valent: *c. decet. §. ordinar. de Immunit. Eccles. in 6.* secundò valent ejusmodi actus in Ecclesia peracti, qualis cùm sit Doctoratus, amplius dubitari nequit: Quid? quod in actibus Doctoreis orationes vel maximè ad DEUM fundantur & primum locum obtineant: & nulla negotiatio lucrosa interveniat, sed

mercatus sit honestissimus Deoq; amabilis.

§. 37.

Q. 22. Quæritur hîc: An quis examinatus possit absens Doctor postmodum renunciari? Proponit hanc quæstionem Besold. *in Thesaur. practico lit. Doctor.* & pro affirmativa adducta sunt hæc argumenta: (1.) quòd Tubingæ Candidati Magisterii, qui omnia examina superarunt & bona nova acceperunt, postmodum verò ex improviso in morbos inciderunt, absentes unà cum aliis renunciati & sine dubio veri Magistri habiti fuerint: utrobiq; autem eandem militare rationem, nec hac in parte inter Doctores & Magistros differentiam reperiri. (2.) quòd omnia præstanda in actu ipso, ut præstatio juramenti & administratio consuetarum ceremoniarum per Procuratorem perfici queant: Pro negativa militant (1.) quòd dignitas absenti non nisi per Imperatorē conferri possit. (2.) quòd Creatio Doctorū tanquam actus solennis ipsius personæ præsentiam requirat, pariter ut coronatio, vel alius similis actus inauguralis: Ipse Besold. *in tract. de Jure Academ. c. 4. n. 7.* negantibus accedit, & *in Thesaur.* suo

suo practico putat, Imperatoriam Majestatem pro extensione privilegiorum esse rogandam, ut etiam absens, solenniter renunciatus Licentiatus, aut qui jam examina cuncta sustinuit, Doctor renunciari & per Procuratorem honores illos suscipere queat. E quia Imperatoris interlocutione opus est, res nondum est decisa, itaque negantium opinio confirmatur & respondetur, comparationem Magistrorum & Doctorum esse, non per omnia quadrantem, ut *infr. c. 13.* tractabitur, & Besoldus habet: illos Magistros in absentiâ creatos, fuisse saltem VVürttembergicos, ideoq; eis controversiam moveri non potuisse: Item es habe mit den Magistris nit viel zu bedeuten gehabt: Ad alterum argumentum respondetur negando, cùm actiones Legum respuant Procuratorem. *L. nemo. 123. ff. de Reg. Jur.* & ubi persona in individuo ex statuto tenetur adesse, deficiunt Procuratores.

§. 38.

Ratione loci iterum quæritur: An scholaris uno loco examinatus alibi possit actū celebrare? Petrus Friderus Mindanus *lib. d. contin. caus. c. 5. n. 12.* negat, ajens: Non *Q. 23.*

malè refertur etiam id, quod dicunt de continentia causæ ratione consequendi gradus Doctoris & dignitates: hinc scholaris qui se subjicit examini Tubingæ pro consequendo gradu Doctoris, etiamsi ibi dignus inventus sit, ejusq; testimonium habeat, tamen ex illo examine non potest neq; debet Doctorari Basileæ, nisi de novo ibi examinetur & approbetur, allegans Sichardum *in L. nulli. n. 13. C. de Judic.* & Menoch. *de A. I. Q. cas. 372. n. 16.* & res præjudicio est firmata, Johannns Kitzelius JCtus celebris, quamvis Marpurgi JCtorum examini se subjecisset, Giessæ tamen in Doctorem promoveri non potuit, priusquam de novo pro gradu disputasset: Affirmativam tuetur Everh. Speckhan. *cent. 2. cl. 1. q. 11. n. 24.* Christoph. Cuppener *ad d. Authent. p. 34.* Juramenti autem formulæ Doctorandis prælectæ expresse volunt antequàm promotio decernitur, ut promittant se alibi Doctoratum non repetituros. Ergo ab identitate rationis evincitur, eadem ratione examinatos in una, gradum non petituros esse in altera Academia, de qua quæstione *infrà c. 20. §. 148.*

CAPUT VIII.

De Causa Finali & utilitate Doctorum.

§. 39.

Cur Doctorum status in orbem universum introductus causa finalis docet: quæ est multiplex, vel Principalis vel minus Principalis. Principalis finis est iterum vel summus vel intermedius: Summus est uno verbo Gloria DEI & Salus Rerumpublicarum, eaq; pro diversitate subjecti & Doctorum varia: Gloria Dei in tantum hic dominatur, ut quemadmodum omnia dona & bona, quocunq; nomine ea veniant, principaliter & originaliter à DEO omnis boni datore proveniunt, *Jacob. 1. v. 5.* ita & in specie dona animi, ut est sapientia & scientia, *Ecclesiast. 1. v. 1.* ab eo originem suam deducunt: jam quod à Deo est ad Deum iterum tanquam ad suam ultimam perfectionem tendit & recurrit, indeq; gloria ejus exurgit, ad quam pro grata redhostitione omnes nostræ cogitationes meritò tendere debent, *1. Cor. 10. v. 32.* ita cùm dignitas Doctoralis sit à DEO, Doctores etiam primum fructum Deo Ter Optimo

Maximo offerre & nomen ipsius in suo officio celebrare & propagare debebunt; ut enim superius *cap. 2. §. 4.* pluribus demonstratum est, decet imò apprimè opus est Doctoribus vigilantissimis oculis circumspicere, ne ulla ex parte officio suo desint *Jer. 48. v. 10. Luc. 12. v. 46. Qui multa accepit, multorum etiam reddet rationem:* Ergo quilibet suum talentum à Deo sibi concreditum ita collocet, quò tandem audiat illud *Euge serve bone & fidelis! Matth. 25, 21. & 1. Pet. 4. v. 10. Ut quisq; accepit donum, ita alius in aliū illud ministrantes ut boni dispensatores variæ gratiæ Dei: Si quis loquitur, loquatur ut elogia Dei* (quo fidelitas in statu Ecclesiastico) *si quis ministrat, ministret tanquam ex virtute quam suppeditat Deus* (quibus verbis fides in statu Politico & Oeconomico intelligitur, teste *D. D. Joh. Himmelio in Postilla Academic. pag 466.*) *ut in omnibus glorificetur DEUS per JESUM CHRISTUM, cui est gloria & imperium in secula seculorum.*

Salus proximi, aut quod perinde est, Reip. universæ unice Doctori promoto curæ cordiq; esse debet, & palam est ex *L. bono publico. 1. ff de Usucap. ibi: Bono publico. & No-*

& Novell. 36. in pr. ibi universa agere ad utilitatem subjectorum: Promotio autem utilitatis subjectorum pro diversitate operantium itidem multiplex & varia est: aliter enim bonum publicum promovet Princeps & Magistratus administrando, Consiliarii consulendo, Legati alibi negotiando, Doctores vero docendo & bona monendo: hi enim curant ut benè sit animæ, quod peragunt Doctores Theologi, vel ut benè sit fortunis hominum ut JCti, vel ut corpori ut faciunt Medici. Theologi prospiciunt ut benè sit choro & thuri, JCti ut benè sit foro & Juri, Medici ut benè sit thoro & ruri: animæ morbis Theologus, animi morbis JCtus, corporis morbis Medicus est salvator: Theologus ne religioni, JCtus ne regioni, Medicus ne sanitati vis fiat, curat: quilibet cuilibet pro salute cujuslibet studet, ut quælibet ex horum quolibet studio salus promanet, sicut pulchrè loquitur Böckelius *d. visionib. in præf: & ut D. Himmelius in Postill. Academic. pag. 85. habet:* Studio Theologico Dei gloria in excelsis quæritur, seu gratia Dei promovetur *1. Tim. 1. v. 11. 12.* Studio Juridico in terra pax custoditur *Psal. 85. v. 11.* Studio Medico homi-

minibus bona voluntas exhibetur *Ecclesiastic. 38. v. 1. & 2.* quando verò Respubl. ad hæc tria se benè habet, tunc florere dicitur & cujusvis thalamus privatus etiam benè se habet: Doctores hi in Republ. conservant religionem ut Theologi, justitiam & virtutem ut JCti, sanitatem ut Medici: ecquid verò salubrius & magis necessarium bonum his habebitur? quò ergò majora bona in Repub. promovent, conservant, & utilitati singulorum velificantur, eò majores etiã ipsi Doctores habendi sunt. Quod benè intellexerunt Imperatores veteres, idcirco præclarissimis encomiis Doctores, Juris præsertim, exornarunt, ut suos amicos nominarint, quemadmodum D. Antoninus & Aelius Verus Volusium Mutianum & Salvium Julianum *in l. 17. ff. d. Procurat.* & Domitium Ulpianum JCtum & Præfectum annonæ appellat Alexand. Imper. *in l. 4. C. de contrah. & committ. stipul. & L. Divi fratres. d. Jur. Patronat.* itidem amicum suum: imò idem Alexand. eundẽ Ulpianum vocat Parentem suum *in l. 4. C. d. Loc. conduct.* hinc etiam dicitur: Doctores quasi splendorem firmamenti lucere, & tanquam luminosas candelas universum

corpus

corpus orbis profligatis errorum tenebris, veluti sidus matutinum & stellas in omnem perpetuitatem mansuras, irradiare. *c. super specula. x. de Magistr. c. ex eo. d. Elect. in 6. unde Cicero libr. 1. de Orator.* Domus uniuscujusq; JCti oraculum est Civitatis: Cives enim de rebus suis incerti per eos certi dimittuntur, & nisi Doctores fuissent, essemus in tenebris, ait Salicet. *in Auth. Habit: Ipsorum siquidem doctrinâ totus illuminatur orbis & ad obediendum Deo & Magistratui vitam subjectorum informat, inquit Fridericus Barbarossa d. in Auth. Habita. C. ne fil. pro Patre. Colerus de process. executio. p. 1. c. 6. n. 132.*

§. 40.

Finis intermedius est duplex: 1. ut statuum diversorum ordo & eorundem dignitas conservetur: status enim alius est Ecclesiasticus, hunc DEUS honorandum præcepit, alius Politicus seu secularis, quem itidem summa veneratione adficiendum præcepit altissimus *ut supra. c. 5. §. 12.* explicatum: Ut autem ordinis & status Politici multiplices sunt gradus, sunt enim in eo Princeps summus, seu Imperator (& ut respiciam ad nostrum Imperium) Electores, Comites Palatini, Duces, Marchiones,

Landgravii, Burggravii, Principes in specie, Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Milites, &c. ita & eorum dignitas est diversa & per gradus maximè distincta: Doctoratus quidem dignitas est, sed minor hisce recensitis, ut infra *cap. 9. §. 50. & 52.* tradetur: interim tamen major & separata à cæteris plebeiis & privatis hominum generibus. (2.) Ut virtus impensa debitum suum reportet præmium *arg. l. semper. 5. §. 3. ff. de Jur. Immunit. & L. virtutum 4. C. de Imag. & statuis:* quale autem præmium sit Doctoribus concessum, privilegia infra indicabunt: & gloriosissimus Imperat. Justinianus in fin. procem. Instit. adumbravit: *animos vestros* (alloquitur autem cupidam Legum Juventutem) *sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat, toto opere legitimo perfecto, posse etiam nostram Rempubl. in partibus ejus* (scilicet vel in Ecclesia vel Curia) *vobis credendis gubernari:* Et quia Deus ordinis autor est, utitur quasi medio (Theologia, Jurisprudentia & Medicina) per quam ad gubernacula populi promovet eos, qui populi gubernandi scientiâ probè sunt instructi & condocefacti: Hæc est illa virga scribæ, quæ fecit ut de Machir descen-

descenderent Principes & Duces de Zabulon: quod B. Lutherus vertit: von Machir sind Regenten kommen und von Zabulon sind Regierer worden durch die Schreibfeder. *Judic. 5. v. 14.* D. D. Justus Mejer *in oration. Doctoral. primæ. promotion. Juridic.* (*in actis Argentinensibus*) *pag. 142.* Hinc est quod idem Lutherus *Tom. 4. Jenens. p. 440* scribit: Die Schreibfeder (per hunc calamum metonymicè intelliguntur Doctores singularum facultatum, qui præ omnibus aliis vel maximè calamis utuntur scriptoriis) muß Kayserin bleiben oder GOtt wird uns ein anders sehen lassen; quo ipso Doctorum officium & ordo vel maximè confirmatur, seu ut Hermannus Latherus *de Jure Censuum l. 1. c. 14. n. 18.* explicat: Gelerte Leut und Dienen müssen wol in acht genommen werden / daß sie bleiben: Jacob Bornitius *d. præmiis. l. 1. c. 6.* ubi eleganter demonstrat, circumspectam vetustatem bene meritis de re literaria loco præmii dignitatem Doctoralem concedere voluisse singularibus etiam additis symbolis.

§. 41.

Minus principalis est, ut creati Doctores

res se & suam familiam honestè nutrire & propagare & aliquid ultra plebeiorum sortem victitare queant, per text. *in L. 6. C. de Professf. & Medic.* : Videmus autem in praxi planè contrarium & jam multis temporibus aliud introductum : Conqueritur de hoc Dominicus Baudius *Cent. 2. Epist. 53.* crebrò ingeminans: senio & inusu obsolevisse titulum de Donationibus, ut jure inter abrogatas Leges debeat recenseri, & seriò seringi, ac dolere, quod cum plus exhauriat laborū, quàm mulus perpetuarius, tamen ægrè vitam tolerare, ne dum dignitatem suam (Doctoralem) tueri possit *centur. 1. epist. 99.* Gerhard. de Maynardis. *lib. 3. decis. Tholosan. c. 38.* ait: Non rarò fit, ut qui studiorum cultores & Professores maximè assidui sunt, professionis & laborum suorum diligentiâ ad pauperiem redigantur, & subdit rationem, quod ut plurimum nullam, aut exiguam admodum curam habeant (aut habere possint) rerum familiarium, unde sanè, ut res ipsorum domesticæ ab aliis interea quàm fidelissimè curentur, ad evitandam egestatem atram summè necessum esse videretur: Ille profectò parum sibi consuluerit, qui animo divitias

tias corradendi Doctoratum ambit, infimæ enim ſortis hominem in Republ. victitantem plus ſibi & ſuis colligere poſſe in confeſſo eſt: & quidem tantò magis, quò ſtudia hæc ab omni mercedis flagitatione quieſcere debent, inde factum ut homines efflagitatione mercedis non admoniti, omnem laborem gratis accipiant: Verum quidem eſt, præmia ſcientiarum non conſiſtere in eo, ut quis acervos æris & auri corradat, ſanctiſsima enim ſcientia Legis (& aliarum facultatum) pretio nummario æſtimanda aut dehoneſtanda non eſt. *L. 1. §. proinde. ff. de extraord. cognit.* Neq; *Novell. 1. in fin.* id innuit, ſicut à plurimis & inter eos à Ludov. Grempio in analyſi Inſtitutionum (quandoquidem ille ejus libri author, falsò hactenus Brederodio adſcriptus, à Beſold. *de Jur. Academ. pag. 170.* perhibetur) citatur: Leges neminem in paupertate vivere, neq; in anxietate mori ſinere: nam Interpretes malè illam Regulam fabricaverunt, cum tale quid Imperatori in mentem ibidem non venerit, ſed de Lege Falcidia ejusq; utilitate loquatur & inſuper vetus Interpres, verbum in textu Græco ῥαθυμία non anxietate ſed ſocor-

dia sive negligentia, quæ anxietati omnino contraria est, vertere debuerit. Thomas Lansius *d. Academ. pag. 40.* D. Rittershusius *p. 2 Novell. exposit. c. 1. n. 16.* Idem *in partit. feudal. p. 3.* & *in Comment. ad Institut. p. 14.* undè falsos esse illos versus πολυθρυλλήτους patet:

Dat Galenus opes, dat sanctio Justiniana:

Item:

- - fulvum dat Bartolus aurum.

Item:

Bartolus & Baldus faciunt equitare caballo.
Ex altis paleas, ex istis collige grana.

gl. in proœm. ff. §. nos verò. v. ditissimi.

§. 42.

Sed hæc benè conciliari possunt, nam posteriora dicta de excessu loquuntur, ubi quidam hunc finem & scopum principalem sibi ob oculos ponunt, quasi studiorū finis ultimus sit corrasio divitiarum: priores loquuntur in defectu, quod reditus & salaria necessaria ad alendam familiam ipsis deficiant: Ergo media via incedendum: Juvandi sunt, & Salaria constituenda & stato tempore exolvenda, qualia non tantùm Doctoribus ad necessitatem vitæ, sed & ad honorem eorundem pertinere

ſcere videbuntur pro magnitudine & amplitudine Reipubl. aut Principatus, qui ea conſtituit, *Petr. Gregor. Tholoſan. l. 18. de Rep. c. 4. Dn. Limnæus l. 8. de Jur. Publ. c. 3. n. 20. 21:* econtrà Doctores avaritiæ prurigine rejectâ omni, μετρίως rei familiari conſulere ſtudeant, ne heredibus ſuis conqueri neceſſe habeant, quod dictus Baudius, *Cent. 2. Epiſt. 46.* eò res ſuas redactas eſſe quiritans, ut æri alieno ſupereſſe nequeat: Et ſecundum *Limnæum d. l. n. 24.* in fata concedentes famam quandoq; ſibi, liberis & familiæ vero famem utplurimùm relinquant.

§. 43.

De ſalariis vero Doctorum quinq; controverſæ quæſtiones apud Commentatores occurrunt, quarum (1.) eſt: An ſalarium debeatur Doctori, ſi peſte vel bellicis malis (ut proh dolor nunc ſolenne) præpeditus operas nullas præſtare potuit? Et affirmatur, quando enim non ſtat per eum, qui conditionem implere obligatus eſt, quo minus impleatur, haberi dicitur perinde ac ſi impleta fuiſſet. *l. 38. in pr. & & §. 1. ff. Locati,* ubi qui operas ſuas alicui locavit totius temporis mercedem accipere debet, ſi Q. 24.

per

per eum non stetit, quo minus operas præstaret, & ita sentiunt *And. Gail. 1. obs. 44. n. 13. Regner. Sixtin. cons. 14. n. 11. vol. 3. Marpurg.* ubi etiam loquitur de caussis Cameræ Imperialis, ubi propter ordinem præfixarum facilè contingit, quòd quis non singulis annis laboret: rationem hujus vide. *in c. magna pietas. d. pœnit. dist. 1. & can. charitatem. 12. q. 2.* Quodq; Doctoribus debeatur salarium pro anno quo non legerunt, cùm fuerint impediti, consuluit Philippus Decius *cons. 70.* in casu ubi propter incursum Francorum in Tusciam officiales Pisani Doctoribus scripserunt ne legerent: & tamen ipsis integrum salarium perinde ac si toto anno legissent, deberi respondit. Ac Doctorem, si sit conductus ad legendum Paduæ si non potuit ibi legere propter bellum, quod Venetis inferebatur, integrum tamen salarium habere debere, docet Jason Maynus *in l. diem functo. n. 42. ff. d. off. assess.* Joh. Gutierrez. *libr. 1. pract. qq. q. 32.* ubi allegat Leges Regias Hispaniæ in contrarium, (1.) quod debeat esse proportio inter mercedem & laborem: at ubi labor nullus intervenerat, etiam merces ibi cessare debet: Respondetur autem ad illas Leges

ges Regias, quod loquantur in eo casu, quando Advocatus conducitur respectu unius vel plurium causarum specialiter nominatarum, tunc temporis occurrentium, æquum ideò est, ut Advocati labor æstimetur.

Quæritur porrò: An Doctori propter supervenientem senectutem vel aliam infirmitatem posſit salarium detrahi, diminui & is planè removeri ab officio? Tractat hanc quæstionem Alciat. *l. 1. præsumt. 19. n. 7.* ubi pro affirmativa adducit *text. in L. si quos Judices C. de off. Præf. Prætor.* ubi Judices propter infirmitatem ab officio judicandi removentur: Pro negativa facit. *c. quamvis triste. 8. quæst. 1.* ubi Episcopi quamvis inhabiles propter infirmitatē, non tamen removentur, aut salaria ipsis adimuntur: facit etiam text. *in. L. 1. §. Divus. ff. de var. & extraord. cognit.* Alciatus distinguit ad hunc modum: aut sermo est de officio, quod magis datur propter dignitatem, quam propter onus annexum, & quod est sua natura perpetuum, quale est Episcoporum, Doctorum, Professorum, Advocatorum, & in his putat procedere Jura, pro negativa adducta: aut loquimur Q. 25.

de officio, quod datur principaliter propter exercitium, quale eſt officium judicaturæ & eo caſu procedere ſententiam affirmativam: ſicuti allegatur ab Eberhard. Speckhan. *cen. 2. qq. 10.* qui putat ad Principis curam ſpectare ut ſenes ejusmodi rude donentur, & annuo ſalario alantur, ne is qui coſenuerit in officio aliquo digniori indigeat in ſenectute *arg. l. Lucius ibi, veteranis in præmium aſſignatis ff. d. evict.* ut proverbio locus fiat, Sexagenarium de ponte &c. de cujus parœmiæ ſenſu CL. Dn. Bernegger. *ad Sueton. Cæſarem diatrib. 13. c. 80. num. 9. lit. e. Et idem ſentit Gutierrez quoad quæſtionem ipſam. d. quæſt. 32. n. 3.*

§. 44.

Q. 26. Quid ſi Doctor aliquis morbo detineatur, anne ſalarium diminui vel planè auferri poterit, & is ab officio ſuſpendi? Et omnino negandum eſt. (1.) Nulla eſt ratio pietatis, miſericordiæ & humanæ ſortis, ſi afflictioni corporis addatur afflictio rei familiaris. (2.) cum præſertim morbi illi, non aliunde quàm ex geſto officio & devoratis tot moleſtiis & laboribus proveniant, iniquiſsimum ergò, ſi conſolationis loco ſalarium auferatur. Profectò humanitatis & vicis-

vicißitudinis rerum humanarum non benè sunt memores, qui afflictos invaletudine, remotione ab officio, aut diminutione salarii ulterius inhumanißimè aggravare student: qui stat videat ne cadat, & quod hodie mihi, cras tibi obvenire poterit, & ita Joh. Vaudus *libr. 1. quæst. 7.* Dn. Limnæus *l. 8. c. 3. n. 29.* mecum sentiunt per text. eleg. *in l. 4. §. 5. ff. d. stat. liber. ubi servire etiam nobis intelliguntur illi, quos curamus ægros, qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur. & L. ult. §. 1. ibi, si probatum fuerit, nautam morbo impeditum. ff. ad. L. Rhod. de jactu:* & morbo implicitos loco moveri minimè convenit *c. Pontifex 7. q. 1.* Ejus rei habêmus fundamentum etiam in Jure divino *2. Macchabæor. 8. v. 28. & 30:* ubi Judæi belligerantes spolia etiam diviserunt inter infirmos & debiles: Et extat *in Dubiis Cameræ Impar. mss. fol. 7.* quæstio hæc decisa: Absentis Assessoris salarium inter præsentes etiam ægrotos dividitur, quod multis iniquum visum, cum scilicet hi nihil operentur: sed tamen cum ita diu observatum sit, & adhuc observandũ senioribus visum est, & ita actum cum D. D. Hieron. Neidhardo, D. Johan VVüstio

ut & D. Caſpar. Khunio qui rarò conſilium viſitarunt morbis impediti.

§. 48.

Q. 27. Succedit quæſtio quinta: Si anno currente Doctor moriatur, an reſiduum anni heredibus ejusdem debeatur? Et affirmativa approbatur communiter (1.) *per d. text. in l. 1. §. divus. ff. de Extraord. cognit.* 2. quando ſalarium debetur ex diſpoſitione legali vel quæ ejus loco ſuccedit, puta ſi per ſtipulationem promiſſum ſit ſalarium, tunc tot ſunt obligationes, quot ſunt anni, & ideo pro anno cœpto totius anni ſalarium debetur. Et hunc annum deſervitum vulgò appellant. Cothm. *reſp. Academ. 46. n. 1. & 2.* Et ita teſtantur Gail. *1. obſerv. 44. n. 12.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 7. & 8.* Benius *de privil. JCtorum. privil. 76. per tot.* Dn. Limnæus *l. 8. de Jur. publ. c. 3. n. 30.* Dn. Lanſius *de Academ. pag. 42.* Obſtat quidem *l. Scio ff. d. annuis legat.* ubi artifici nonniſi pro rata temporis & laboris merces debetur. Reſpondetur enim hoc beneficii loco à lege ob dignitatem ac probitatem ſcientiæ & intellectus Doctoribus conceſſum, & ad conſequentias non porrigendum eſſe: Unde ſecundùm Benium *d. privil. JCt. p. 1. pr.*

22. pag.

22, pag. 28. Doctor si post lecturam inchoatam decedat, integrū anni salarium ad heredes etiam extraneos transmittit: & si in medio anni moriatur, transmittit salarium ad heredes totius anni, *Jason in l. in diem functo n. 40. ff. d. off. assess: per eand. leg.* Extenduntq; etiam ut procedat non solùm in Doctore moriente sed & cum superioris licentia aliò recedente *Benius d. l. n. 3:* quod scil. nihilominus ei debeatur salarium integrum: quod adhuc magis locum habet, si ob timorem pestis aut belli ante finem anni & completi studii recedere sit coactus: *Besoldus in thesaur. pract. verb.* Besoldung *& in diss. d. studiosi. Magist. &c. c. 9. pag. 105.*

In electoratu Saxoniæ differentia quædam est, quam recenset Andr. Rauchpar. *quæst. 25. n. 12. part. 1:* ut viduis & liberis defunctorum Professorum & Ecclesiæ Ministrorum semestria salaria, sed Scabinorum vel Assessorum Curialis Judicii viduis & liberis integri insequentis anni salaria dentur.

§. 46.

Q. 92. Quando autem salarium debeatur Medico, an in principio curæ assumtæ, an in fine? In fine demum deberi putat Schneidew. *ad §. tripli. num. 10. J. de action.* Bessold. *de vita & mort. consider. Polit. l. 2. c. 2. n. 3.* quam tamen opinionem, licet communem deridet Zasius *in §. tripli. J. de action. in fin. dicens:* quod si verum esset, Medici non incederent tam splendidis & purpureis vestibus, qui semper, sive morbi

[illegible], sive sanetur infirmus, æqualiter salari-um [illegible] ægre dum dolet: proverbii loco Medicis [illegible]. Videatur Bernardus Speculat. 4. part. 6. q. 20. qui etiam q. 20. [illegible] duas alias attingit, quantum sa-larii [illegible] Medicis tribuendum? Et si Me-dicus per locorum distantiam per triduum in itinere commorari deberet, absolvat autem iter uno die, an unius vel trium die-rum salarium petere possit? quas ibi vi-dere licebit. Illud monendum est secun-dum leges nostras Imperiales Medico du-rante infirmitate cum infirmo contrahere non licere. *L. 1. ff. de extraordin. cognit. L. 9. C. de profess. & Medic. L. 6. §. 1. C. de postul.* Chilian König *in process. tit. de Advocat. L. idem juris 7. L. 9. §. 1. ubi persuasum me-dicamentum infuderit ore vel Clystere ff. ad L. Aquil.*

Quinta virtus Medici est, ut sit taciturnus & nullo modo loquax:

[illegible]
Medicus garrulus ægrotanti iterum mor-bus.

Unde putant per contrarium in jure *L. [illegible] in princ. C. de Episc. [illegible]*, quoniam videlicet ut ibi Accurs. dicit

multa

multas habent parabolas, quod in quiliq; loquacior est, ita doctior Medicus vulgi sententia & opinione existat. sed hanc non esse veram Etymologiam vocis parabolani, pluribus demonstravit Tiraquell *de Nobil. c. 31. n. 415. & seqq.* & ex eo Speckhan *Cent. 1. qq. Juris q. 93.* In juramento medicorum addit Hippocrates, ne ægrotorum secreta vitia detegant, teste Petro Gregor. Tholosano *L. 17. de Republ. c. 4. n. 8.*

CAPUT XIX.

De Actionibus Doctoribus ad sui status defensionem competentibus.

§. 140.

POsteaquam Doctorum jura & privilegia aliæque immunitates plena manu tradita: Commodè se offert ea nunc tractatio, per quæ remedia statum, jura & privilegia sua defendere queant: Doctoratus igitur, cùm sit dignitas, & ideo jus incorporale personæ cohærens, pro ea vindicanda prodita sunt actiones reales & interdicta possessoria: Ita ergo respiciunt actiones Doctoris gradum vel ejusdem annexa privilegia & commoda: Quum ergo

ergò dignitas Doctoratus vel annullari aut opprimi, vel non eo modo coli & vestiri vari, quo summi Principes coli convenit: habet locum Consistoria utilis, item actiones praeiudiciales; nam actio confessoria & negatoria pro quibuscunq; rebus incorporalibus competunt. Rulandus *de commiss. & commissar. p. 3. l. 3. c. 11. n. 5.* Cothman. *resp. 32. n. 21. libr. 1.* Item quoties alicui plane negatur Doctoratus dignitas personaliter, actio praeiudicialis utilis instituenda est *l. 1. [illegible] ff. de R. V.* scil. neq; possessione sit spoliatus. [illegible] habetur saltem, exerceri potest *ex L. diffamari C. de ingen. & manum.* ad restitutionem honoris ubi notant in causis Nobilium *Gail. 1. obs. 10. n. 2.* Mynsing. *1. obs. 12. n. 2.* Habet enim remedium istud locum in diffamatione qualibet, quodq; in Camera Imperiali diffamatus ratione nobilitatis vel alius cuiuscunque dignitatis, processus impetrare possit, tradit Josias Nolden *de statu nobilium c. 16. n. 10. 11. & 25.* Sicut & actio injuriarum locum sibi vendicat tum, quando Doctori obiicitur, quod non sit Doctor, quod non gaudeat juribus singularibus Doctorum ordini indultis, contra hunc sugillatorem

rem actio injuriarum intentari possit, arg. *L. 1. §. 1. & 2 ff. de injur. & famos. libell.*

Q. 95. Quæritur hic, an ex L. diffamari etiam agi possit, qui adversum aliquem Doctorem his verbis insurgit: Sum te doctior, aut magis, aut dignior Doctor? Affirmat Farinacius *p. 3. praxis criminal. q. 1*[illegible] quando enim, uter doctior (aut nobilior, in quibus terminis Farinacius versatur) contenditur, satis dicitur infamari & injuriatus ille, qui minus doctor affirmatur. Ideo considera, ait ille, benè credere non esse injuriam, si quis alteri diceret, quod est doctor & probus prout ipse, quia tunc sic dicendo alterius honori & dignitati non præjudicat, licet forsan faciat se magis Doctorem quàm sit, si adderet verbum plus, tunc non video, quomodo possit injuriarum pœnam effugere, cum sic dicendo illius dignitati præjudicet; sed rectius negatur a Joh. Harpprechto *ad §. injuria* [illegible] *n. 13*[illegible] *ff. de injur.* Qui enim alterum se honestiorem dicit, is ei nobilitatem vel dignitatem Doctoratus non negat, sed falso comparat, quod verum esse potest. Nomen autem comparativum semper summum positivum includit & præsupponit. Quod

bonu

bono melius est & ipsum quoque bonum est L. ubi autem. §. usq; adeo ff. de V. Obligationibus.

Quando autem Doctores in publicis congressibus post plebeios collocantur, anné injuriarum actione agere possint? Negatur ab Hartmanno Hartmanni lib. 2. Obs. pract. 4. n. 2. tit. 49. per L. expressam 15. §. 4. ff. de injur. quamvis enim contumeliæ causa quidem fiat, multum tamen interest contumeliæ causa quid facere & aliquid in honorem alicujus committere: Contumelia est affectus in hoc passu, injuria vero non notatus: Bl. quidem in L. observ. §. nec quam. ff. de off. Proconsul. videtur affirmare, quod ille qui vult turbare ordinem in sedendo, incedendo atq; vocando, teneatur actione injuriarum, & quod possit ei de facto resisti, quia nemo tenetur injuriam pati, vel parvi pensionem proprii honoris arg. L. 1. in pr. ff. de postul. sed petitio principii committitur, in quæstione enim est, an injuria commissa sit. Potest autem implorari officium Judicis, ut inhibeatur hoc indecorum c. 1. de major. & obed. L. 1. & 2. C. ut dignitat. ordo servetur. Gail. 1. obs. 26. n. 11. Farinacius cons. crimin. 92. n. 8. lib. 1. Q. 90.

Interdictum vero utile uti possidetis

maximè etiam prodest, quando aliquis turbatur in sua dignitate, & ita Doctor in suis honoribus doctoralibus: Etsi enim interdictum uti possidetis tantùm habere locum videtur in rebus corporalibus & immobilibus *L. 1. §. 1. ff. uti possidet.* tamen utile interdictum uti possidetis etiam turbato in aliquo jure incorporali succurrit *arg. L. ff. uti possid. teste Gail. de pignor. obs. ult. in fin.* Schurf. *conf. 78. n. 5.* Cent. 1. Casp. Klocken. *de contribut. seu collect. Imperij n. 77.* Anton. Gomez. *ad L. Tauri. 45. n. 17.* Schneidevv. *ad §. retinend. J. de interdict. t. de interdict. uti possid. n. 19. & 25. per text. in c. licet 9. de probat. L. sicut. §. Arist. 5 inf. ff. si servit. vindicet Jur.* Cùm jura & incorporales res immobilibus annumerentur *L. 2. in pr. L. 8. §. 5. ff. si serv. vindic. L. ubi Gothofr. C. de servitut.*
Q. 95. Quæritur autem, si Doctor turbatus in sua dignitate, interim mortuus sit, anne filii & heredes nihilominus utili interdicto uti possidetis agere possint? Joh. Oldendorpius *cl. 2. act. 4. n.* simpliciter affirmat id heredibus possessoris molestati dari, Negativa autem verior est: Licet enim in heredem adita hereditate omnia jura defuncti activè & passivè transeant,

enim, possessio tamen nisi naturaliter comprehensa sit, ad heredem non pertinet *l. cum heredes. ff. de acq. poss.* Si ergo heredum nullus doctorea dignitate fulgeat, frustra experientur, quod si filius quidem sit in possessione Doctoralium honorum, non eos tamen quasi heres, sed ex propria persona acquisivit, & ideò æque ac alius hoc interdicto experiri nequit: heredibus autem alio modo subvenitur.

§. [illegible].

Et ita agimus quando, quoad gradum ipsum turbati sumus: Si verò circa privilegia, quod sæpè contingit, molestamur, commodior via non est, quàm ut citatio ad videndum se incidisse in pœnam privilegio, huic vel illi ab Imperatoribus Doctoribus concesso insertam in Imp. Camera extrahatur, ut observatum in causa D. Glocken contra D. Eggelspach, *teste Autore præjudicior. collectaneor. Cameral. verb. privilegia.* Si verò privilegia concessa non habeant insertam pœnam specificam, sed generalem, agi potest condictione ex lege, eo quod privilegium vim legis habeat. *§. sed & quod. Inst. de J. N. G. & Civil.* vel ex constitutione Imperiali, in qua privilegii

tenor comprehensus est: Non autem semper ad pœnam privilegii violati agitur, sed aliis quoq; actionibus experiri concessum est. Nam pro confirmatione privilegii potest nobile officium Judicis implorari, & actio injuriarum institui (quæ ut cuivis concessa, ita in eo differentia posita est, quod in dignitate constituti injurias solent illatas extensius taxare; sicuti novum non est, ut Doctor injuria affectus verbali suam æstimationem injuriæ ad mille Rhenenses fecerit) vel etiam actio ex L. Aquilia, si rebus Doctoris detrimentum illatum sit, tentari.

§. 142.

Quales autem actiones Doctoribus pro salario deservito proditæ sint, videndum est: Nonnunquam competit actio Locati per *L. operis 38. ff. Locati, L. salarium ... ff. mand.* Condictio item certi generalis, actio ex stipulatu, cum incertum quid in stipulationem deductum est: Actio etiam in factum competit teste *Alex. ad L. 1. in pr. ff. de extraord. cognit.* Condictio *L. unica C. de suffrag.* tunc competit, ubi nulla stipulatio, sed nudum pactum inter Doctorem & alium intervenit: Quod si nihil penitus inter ...

voca-

vocatum & clientem, inter Medicum & patientem conventum non sit, Judicis officium implorari debet, qui æstimabit, quanti fuerint operæ illorum, & quæ sit consuetudo loci, Schneidevv. *ad §. ampli. n. 9. Inst. de action. & §. fin. n. 1. Inst. Mandati.* Dn. D. Stamm. *de servitut. personal. lib. 2. c. 11. n. 11.* allegans Justinianum, qui Advocatis, ne post gloriosissimos Advocatiæ labores egeni exeant, sexcentos quotannis solatii loco solvere jussit *in L. pro Zenone §. sexcent. C. de advoc. div. Jud.* ubi Judex etiam quovis modo curare debet, ne debitum nummus propter laborem competens surripiatur, cùm officium suum nemini damnosum esse debeat *L. 7. ff. quemadmodum test. aper. L. si servum 61. §. quod verò. ff. de furt.* nec quidem in publicis muneribus *L. videlicet. ff. ex quib. caus. major.* Sicuti nec fides sua cuiquam debet esse nociva *L. 1. §. 2 ff. ad SC. Trebell.* Etsi hodie eò devenerit, ut gratis plura faciant, aut facere coguntur Advocati & Doctores Medici, & locum habeant versus illi *in gl. in cum Marthæ, extra de celebrat. missar.* allegati:

Temporibus nostris quicunque placere laborat,
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

Quando autem Doctor in defensionem sui clientis proprios erogavit sumptus, & Medicus medicamenta sua exhibuit: & refusio impensarum detrectari vult, tunc habet locum actio mandati *arg. L. si qui §. impendia ff. Mandat* Pruckman *consil.* ... *144. vol. 1.* Oldendorp *cl. act. 4. act.* ... *contraria n. 1.* Mager *de Advocatia* ... *14. n. 365. usque ad 371.* Quin etiam hoc in casu competere videtur actio negotiorum gestorum contraria ad repetendum id, quod necessario impenderunt, vel utiliter, sed non voluptatis causa, *L. ex duobus in princ. ff. Negot. gestor. L. quæ utiliter. in pr. eod. Ubi Paulus: Si quis aliena negotia gerens, plus, quàm oportet, impenderit, recuperaturum eum, id quod præstari debuit.* Si enim is, qui obtulisset se negotiis gerendis, nullam esset actionem habiturus de eo, quod de suo utiliter impendisset *L. 5. in princ. §. idem autem. ff. de Obl. & Act.* vel etiam iis non subveniendum esset, qui pro aliis in molestia fuerunt secundum *Novell. 4. c. 1. ver. sitq. solutio.* tùm non solùm multorum negotia disperirent *§. 1. v. idq. utilitatis causa Inst. de Obl. quæ ex quasi contractu.* verùm etiam quodammodo commerciis interciperetur

[illegible] arg. L. quæsi[illegible]. §. 1. ff. de Minorib.

Anne autem Doctor Advocatus retinere possit Acta, vel Medicus retro accipere medicamenta jam porrecta, ob non solutum honorarium? Et ita putat Andr. Gail. *2. obs. 12. n. 5. per text. in L. colonus ff. de vi & vi arm.* negat vero Antonius Capycius *decis. Neapolitan. [illegible]* ubi ait, Procuratores, Judices & Advocati non possunt pro eorum mercede retinere scripturas vel instrumenta eis tradita: Adducit autem text. *in L. fin. C. commod. [illegible]tu debiti, restitutio commodati non probabiliter recusatur:* Sed Resp. hanc L. loqui, in commodato, ubi certum est commodatarium teneri de re restituenda, sed acta non dantur ut commodatum, sed potius sunt expensi labores in rem facti, & ita labores Advocati quos vendidit nondum accepto pretio. Vendere enim possunt Advocati sua consilia aut ad minimum locare *R[illegible] in aureo suo tract. libell. rubr. de contr. [illegible] qui desid. C. de [illegible] n. 4.* Speckhan *cent. [illegible] class. 4. q. 44. n. [illegible].* Ultimo & hoc monendum, Doctores ratione deserviti salarii jus prælationis in concursu creditorum

Quæst.

habere, ſicut textus de Medicis clarus eſt *in L. 4. C. de petit. hered. L. 3. C. de religioſ. & ſumpt. fun.* de Advocatis *in L. Advocati 4. C. de adv. div. jud.* proceſſus etiam in exigendis ſalariis eſt ſummarius & executivus, in quo nulla moratoria exceptio admittitur ut attenditur Daniel Mollerus *lib. 4. ſemeſtr. c. 6. n. 2.* Et tantum de actionibus Doctoribus competentibus, ubi ferè ſine ullo certo Duce, in indagandis hiſce actionum generibus res tentanda fuit, veniam eo magis promerituri, ſi non exactius & acu rem tetigerimus.

Caput XX.

De affinibus ſeu cognatis Doctorum & quibus perſonis comparentur.

§. 143.

HAud inſolenne eſt, materiam aliquam aptè digerentibus & tractantibus eidem locum à ſimilibus & comparatis applicare, non quod ille ad explanationem rei neceſſarius ſit, ſed ut declarationi inſerviat, Inſcitiam enim ſapit, ſimilia ſive cognata non diſcernere, præſertim ubi vulgariter ferè interdum pro ſimilibus accepta

ptam

possunt, quæ tamen similia non sunt, aut ita similia sunt, ut tamen etiam dissimilia esse possint. Imperatores varios honorum gradus [illegible] merentibus in utraq; militia togata & armata contulere, qui ut ab uno [illegible] per canales varios [illegible] in varios etiam [illegible] = Et eundem Doctoribus primo [illegible] sunt EQVITES AURATI: Nam respectu causæ efficientis, habent unum eundemq; datorem, summum Imperii Principem, Cæsarem Augustissimum. Certissimum enim est, uti nullus Doctor absq; auctoritate Imperatoria creari potest, ita & nullus eques absq; Cæsaris voluntate declaratur, aut se pro tali gerere potest, *arg. L. un. C. de Equest. dignit.* Et quemadmodum respectu causæ materialis nullus infamis admittitur ad doctoratum [illegible] ita & infamis non fit Eques. Sic enim apud Goldastum *in* Politischen Reichshändlen *p.* [illegible] *legitur*, daß keiner zum Ritter soll geschlagen werden/ welcher eine offene Übelthat/die unläugbar ist/oder bezeuget wider seine Ehr gethan/ der soll nicht geschlagen werden. Eques etiam præsupponit dignitatem &

meritum, quòd animosè hostem adortus præmii loco à summo Principe hunc honorem obtinuerit; Ita enim *gloss. jur. Saxonici libr. 1. art. 20. in princip.* habet: Ein Ritter soll schwören den Ayd/daß er den Todt nicht förchten wölle/zu beschirmen Wittwen vnd Waysen/vnd da es sich zu beschirmen gebührt. Idem & in Doctore requiritur, ut accurato studio litterarum gradum promeritus dicatur, cùm indignus Doctor etiam creatus, Doctoreis tamen privilegiis non gaudeat, Tholosanus *lib. 9. de Republ c. 9. n. 9.* Nolden *de statu nobilium c. 5. n. 40. vide suprà c. 14. §. 91.* Utrumque incumbit Rempubl. pro virili sua defendere consilio & auxilio præstò adesse: armis eam decorare & legibus armare, & hæ duæ posteriores à forma & fine sunt desumptæ similitudines: Quibus accedit quinta ab adjunctis ceremoniis. Ut enim Doctoribus imponitur birettum, digito adaptatur annulus aureus, traditur liber, *ut proximo cap. 21.* pluribus demonstrabitur: Ita & Equitibus declaratis ceremoniæ loco gladius porrigitur, torques collo circundatur, Martin. Crusius *in Paralipomen. Annal. Svev. c. 32. p. 87.* postquam eorum humeri evaginato gla-

[illegible] pertusi sunt, Nold. *de [illegible]* Antiquitus enim Equi[illegible] aurei, hodie ve[illegible] torques, unde & [illegible] dicuntur: Est etiam insi[illegible] modo rubra modo al[illegible] secundum varios ordines Equitum, qui à Principibus diversis instituti fuerunt quorum catalogum recensent Matth. Stephani *L. 2. de Jurisd. [illegible] memb. [illegible] n. 1[illegible]. & seqq.* Joh. Limnaeus, *[illegible] de Jur. publ.* [illegible] *n. 11.* Besoldus *in Thesaur. [illegible]* [illegible] *& anonymus sub titulo Discursus Historico-Politici de Equestribus ordinibus [illegible] anno 1623. editi.* Est & ea similitudo, quod quemadmodum nullus Doctor nascitur, sic neque Eques: & quemadmodum nemo Doctorem procreat, ita & eques parens, filium non procreat equitem, quemadmodum [illegible] nobilem, imo nec Imperator, qui Imperator factus Eques est, licet summum dignitatis gradum obtineat, nisi Equitem se creari ab alio patiatur: [illegible] VVilhelmus Comes Hollandiae licet designatus Romanorum Rex, tamen secundum [illegible] Christicolarum Imperatorum [illegible] Eques fieri voluit, antequam Aquisgra-

ad

ni diadema Regni susciperet, Goldastus *Tom. 3 Constit. Imp. pag. 400.* Quamvis hodie vix teneat, quod de Imperatore dictum est: Hanc verò convenientiam ex codicillis Imperialibus, quibus Cæsarea Majestas in attribuendo Equestri splendore utitur, videre licet plerumq; ita conceptis: *Tenore presenti nostro diplomate & de plenitudine nostræ Cæsareæ potestatis militem seu equitem auratum facimus & creamus, ac titulo & dignitate militari decoramus, & ad statum & ordinem militarem assumimus; Militaris quoque cinguli & balthei decore fascibusq́; & ornamento auratæ militiæ insignimus, & [illegible] gladio accingimus, ac aliorum militum numero & consortio clementer adscribimus & aggregamus, decernentes, quod deinceps ubique locorum pro vero milite habearis & honoreris, possis & debeas pro hujusmodi [illegible] dignitatis ornamento torquibus, gladiis, [illegible], vestibus, phaleris seu equorum ornamentis aureis cæterisq́; omnibus & singulis privilegiis, gratiis & dignitatibus frui, quibus veri strenui per nos stricto ense facti & creati milites utuntur:* In quo diplomate, similitudo ex efficiente, formali & finali causa & adjunctis egregiè ducet, quam habent Equi-

tes & Doctores: Quippe assimiles sunt Equites & Doctores respectu temporis: Equestris enim dignitas sicut & Doctoratus non transit ad heredes, Besoldus d. tr. l. Civium negot. 2. c. 10. n. 13. Atq; hæc de equitibus nostri seculi dicta sufficiant. Sunt autem viri docti, ut Hadrianus Junius lib. 5. animadversorum c. 11. & Jacobus Pontanus in Progymnasm. vol. 3. progymnasmate 83. qui doctoralem lauream conferendi ritum, non multum diversum faciunt a Græcorum agonibus: 1. Ut enim qui olim in Stadii curriculo victor evaserat, ferebat non plebeio quovis, sed Agonothetis solis decernentibus: Ita Doctor decursu studiorum meri laborum præmium in publico gloriosum esse ejus lauream sibi debitam accipit, non a trivialis Minervæ hominibus, verum a Doctorum Judicatorio Senatu: 2. Tanti Olympiacum suum oleastrum fecerunt Græci, ut præter ingenuos ad exercendi cursus munus nullum admitterent: Ita & ad hanc Doctoralem mercedem aspirare nemo potest, qui non dignus deprehensus, & judicii aleam subierit, & ut sibi omnem viam ad hunc aspirandi honorem præclusam esse certò sciant.

Cum

§. 144.

Cum Doctoribus etiam concordare videntur in multis COMITES PALATINI IN SPECIE, & ut Noldenius putat *de Nob. lib. c. 2. n. 21* κα[...]αχηρησικῶς sic dicti: habent enim ea etiam penè ubivis cum Doctoribus communia. A solo enim Imperatore, vel immediatè vel mediatè, quibus hoc jus specialiter ab Imperatore indultum est, ut narratur de familia Comitum Antiquissimæ Prosapiæ de Ortenburg, & de familia Amadeorum Dn. Limnæus *l. 4. de Jur. Publ. c. 4. n. 76.*) creantur Comites Palatii Lateranensis, seu curiæ vel aulæ Cæsareæ, cum hoc jus inter reservata Imperatoris referatur; Ut etiam scitè David Peifferus JC. & Cancellarius Saxonicus in carmine gratulatorio de Comitiva Nicolai Reusneri cecinit:

Ille (Imperator) Palatino solus donatur honore,
Quem titulis tantis judicat esse parem.

Et creantur intuitu virtutis, eruditionis & præclarissimorum meritorum, per text. in *L. un. C. de Professorib. qui in urbe Constantinop. docentes ex lege meruerunt Comitivam ibi, cùm ad viginti annos &c. professionem suam exercentes*: Et mox: *Si laudabilem in se pro-*

se probis moribus [illegible] *esse monstraverint, & docendi peritiam & facultatem* [illegible] *interpretandi* [illegible] *differendi se habere patefecerint.* Instituuntur etiam aliàs speciali & solemni, prout Imperatori visum fuerit: Si quis verò alius ab Imperatore hanc potestatem obtinuerit, ut plurimum mactatos Comitiva sua bene meritos in solenni consessu actum perficere solet, ubi Orationes hinc & inde instituuntur, ut ex actu hujusmodi Patavii anno 1600. die 15. Decembr. [illegible] Ferrandi de Amaris habito constare asserit Sagittarius *de Comitis Palatinis n. 8. lit. B. & n. 10. lit. B.* Dignitas etiam est personalis hæc Comitiva, & non transit ad heredes, sed cum persona extinguitur, Matth. Stephani *de Jurisd. Imperij l. 2. p. 1. c. 4. membr. 1. n. 30*, nisi speciali privilegio Imperator hoc ad filios extenderit, quod quidem rarissime fit: Et quantum mihi constat, illud solum exemplum dari potest in Georgio Obrechto JCto Argentoratensi, quem Imp. Rudolphus II. laudatissimæ memoriæ anno 1602. una cum filio unico Johanne Thoma Comitem Palatinum creavit, verba diplomatis sunt: Te Georgium Obrechtum, simul & filium

tuum

tuum unicum Johannem Thomam Oberechtum, post obitum tuum Sacri Lateranensis Palatii aulæq; nostræ Cæsareæ Comites fecimus, creavimus &c. Aliud patet in Johanne Cratone à Crafftheim trium Impp. Archiatro Matth. Dresserus *in Orat. de Cratone*, & Matth. Stephani *l. 2. ... de Jurisd. Imperij c. 6. m. 1. n. 27. & 28.* Ex quibus ad amussim patet, Comitum Palatinorum dignitatem in multis Doctorali esse conformem, aut certè non parum difformem.

§. 145.

Quæ autem modò dicta sunt de Equitibus & Comitibus Palatinis, ea repeti possunt in CIVIBUS ROMANIS, quorum honor æquè non multùm à Doctorali distat. Etsi enim non ab Imperatore detur, sed à Magistratu antiquissimæ urbis Romæ, tamen propter meritum scientiæ, eruditionis aut aliarum virtutum honoris causa datur, idemq; personaliter, quo mactatus Reipubl. Romanæ inposterum inserviat & conducat, & videmus sæpius concurrere Equestrem, Comitivæ & Civitatis Romanæ honorem cum Doctorali in uno subjecto; Ideoq; eò magis & hic honor

hoc

hoc loco surdis auribus præteriri non debuit; Et quoniam hoc jus civitatis Romanæ non multis est cognitum, curæ pretium me factur**ũ** arbitratus sum, si propter juniores formulam ejusmodi concessi juris Civitatis Romanæ subnecterē; Hubertus Golzius Vir doctissimus & præsertim antiquitatum monetalium peritissimus Venloæ in Ducatu Juliacensi natus à S. P. Q. R singulari exemplo civitate Romana est donatus: Cujus SCti exemplar tale est, ut refertur à Melchiore Adami *in vita Goltzii pag. 316* Stephanus Paparonius, Hieronymus Grossus, & Hieronymus Bubalus Almæ URBIS COSS: ad posteritatis monumentum his literis scire omnes volumus, inter præclara majorum Romanorum instituta illud fuisse præclarissimum insignes scilicet virtute & probitate Viros augendæ Reipubl. gratia civitate donare, ut præstantissimis civibus aucta domi forisq; omnium nationum res gestas superaret, quorum nos imitatione atq; exemplo Pyrrho Tario J. U. D, Hectore Muttinio, Vincentio Rubeo tribus ex quatuor viris Civitatis donandæ frequentiq; Senatu assidentibus, Hubertum Golzium Venlonianum benè de Re-
 publ.

publ Romana meritum, cujusq; virtus singularisq; erga Romanum nomen observantia cum præclarissimorum civium testimonio, tum editis nuper scriptis Senatui planè claruit, civem Romanum ex SC. creavimus, creatum in Senatum venire, Magistratus gerere, Jus ferendi suffragii habere, sacerdotia obtinere, bona ejus libera atq; immunia esse, cæterisq; Romanorum Civium honoribus atq; privilegiis honestari, quibus illi fruuntur, qui cives Romani nati, aut jure optumo facti sunt, decrevimus & censuimus, ea tamen lege, ut Urbem Romam, sicut optimum quemq; civem decet, sua virtute attollat fideliter, à quocunq; vexante tueatur, Jura Pontificia Romanis concessa atq; SCta observet Romanosque omni dilectione prosequatur: Dantes Scribis S. P. Q R. autoritatem, fidei ergò atque ad perpetuam posteritatis memoriam acta hæc atq; decreta in publicas tabb. subscriptione referre cum sigillis S. P. Q R. appendicibus: Datum in Palatio Capitolino VII. Idus Maii anno M D LXVII.

Julius Horologius } S.P.Q.R. Scribæ.
Horatius Fuscus }

Hoc jus civitatis Romanæ tributum fuisse Michaëli Montano Gallorum Senecæ testis est ipse *lib. 3 de Essais. c 9.* Paulo Melisso Schedio. Joh Jacob Grassero Theologo Basiliensi, Joh. Baptistæ Scheibelio aliisq; pluribus dudum constabat: videatur Besoldus *de jure Ordinibusq; civium dissert. 2. c. 3. n. 13.*

§. 140.

Et hæc fuerunt affinia remota: sequuntur propinquiora illa, nempe quæ in umbilico scholasticorum graduum simul hærent, & cum Doctoribus multa, imò penè omnia communia habent: Et sunt LICENTIATI, MAGISTRI & BACCALAUREI singularum facultatum, de illis priore loco nunc dicendum erit. Licentiati nomen habent non exinde, quasi licentiam agendi habeant, quicquid velint, sed a Licentia, quam petunt ab Academia, assequendi gradum Doctoralem, vel quòd licentiam docendi habeant, Alciatus *lib. 8. parerg. juris. c. 10*, eos propter consummatiorem doctrinam licentiam habere putat, doctoralia insignia suscipiendi, unde & Licentiatos dici solo insignium honore à Magistris differentes. Licentiatos

tos ex eo dici putat Stephani *d. Academ. c. 14. n. 95.* quòd licentiam habeant docto-randi quándo velint: Duarenus putat, eruditius Licentiatum appellari posse Prodoctorem vel μελλοδιδάσκαλον *lib. 5. de benef. Eccles. c. 12.* Alciatus *dicto modò loco* & Forsterus *in histor. Juris lib. 3. c. 3. n. 7.* cum illis comparant, qui olim Justiniano προλύται dicebantur, & Codicem legere & subtiliter intelligere cogebantur: Atq; ut propriè sciamus, quam affinitatem habeant Licentiati cum Doctoribus, est ante omnia indagandum in diversitatem nominis: Duplices enim hodie habemus Licentiatos, aut qui potius tales dici affectant: Quidam dam enim sunt promoti Licentiati, qui titulum Licentiati inauguratione publicâ legitimè nancifcuntur: quidam verò & Licentiati dicũtur aut ita potius dici gestiunt, qui ad Doctoris contendentes gradũ examina & alia omnia sustinuerunt, atq; aliud nunc reliquũ haud habent, quàm ut solennitate publica renuncientur Doctores, quos utplurimùm Candidatos nominant: in cujus vocis originem inquirit Besold. *disc. de*
Q. 97. *Stud. Mag. c. 4. p. 57.* Nunc ergò quæritur, Utrum ambo sic dicti Licentiati privilegiis
Docto-

Doctoralibus gaudeant? Posteriores cum publica non fuerint solennitate renunciati Licentiati, haud quaquam gradum habēt, & potius abusivè & affectatè sic dicuntur: Matth Stephani *d. l. n. 106.* expresse habet, ad consequendum titulum & gradum Licentiati non sufficere examinatum quem esse & publicè disputasse, ad id ut fruatur privilegiis omnibus Doctoribus competentibus, & ut ex suprema cathedra præsidis partes in disputatione obtineat: sed requiri ad id solennem actum promotionis, quem sequitur Dn. Limnæus *libr. 8. d. Jur. publ. c. 8. n. 43.* & Gegor. Ritterus *de Homag. c. 5. n. 96.* ubi (ait) eos, qui disputationem solummodò inauguralem habuerunt, & examen legitimè sustinuerunt, non Licentiatos, sed Candidatos tantùm dicendos esse, undè palàm est, iis etiam nulla omninò competere privilegia: sed promoti Licentiati habent eadem ferè cum Dd. privilegia. Negant quidem & hoc Signorolus de Homodeis *conf. 51.* D. D. Martinus Benckendorffius *in L. 1. membr. 2. p. 4. n. 27. verb. licentia. ff. de R. J.* qui arbitrantur Licentiatos etiam promotos, non habere potestatem respondendi de jure, neq; eorum

 tantam

tantam esse dignitatem, quantam promotorum Doctorum, sed ipsos pro scholaribus saltem haberi, neq; officium Doctoris in se recipere posse, nec administrare ea, quæ Doctoribus singulariter sunt commissa; quibus adstipulatur Vincẽtius de Franchin. *decis. III* ubi refert: fuisse decisum in consilio Neapolitano, filium plebei Licentiatum in jure ob grave delictum debere furcis suspendi more ignobilium, ac fuisse ibidem conclusum: Licentiatum dignitatem non habere, quemadmodum Doctorem, qui pœnis plebeiorum non attigitur ob dignitatem: Sed falluntur, quùm verissimum sit, Licentiatum rectè pro Doctore haberi, maximè in actibus favorabilibus, puta in legendo, vel etiam tunc, si non potest ferre sumptus Doctorales, quod seqq. rationibus demonstrabitur: 1. Quod promotio Licentiatorum easdem solennitates habeat, quæ habet Doctorum promotio, solà biretti seu pilei impositione omissâ, Cuppener. *ad authent. habita. pag. 48.* 2. Facit *Ordinatio Cameræ p. 1. t. 3. ibi* der Rechten gelehrte und gewürdigte: ubi ex Lege Imperii Assessores non nobiles, debent esse JCti titulo ornati, at non magis Docto-
res

res, quàm Licentiati consuetis cereminiis & ritu in Universitate publicè inaugurati habentur idonei pariterque admittuntur. 3. Ex communicatione privilegiorum: Licentiati enim iisdem utuntur-fruuntur, privilegiis, beneficiis & immunitatibus, quibus utuntur Doctores. Inde si pater cujusdam Licentiati emat eidem Licentiato libros, tunc isti libri non debent conferri fratribus Licentiati, æque, ac si Licentiatus esset Doctor: Ita Licentiati æque ac Doctores debent esse immunes à vectigalibus & excusari à muneribus, Tholosanus *lib. 5. in Syntagm. Juris c. 8 n. 13 & 14* Et hanc sententiam tuentur Matth Stephani *de Academiis c. 14. n. 97. 98. cum seqq.* Josias Nolden *d. stat. nobil. c. 5. n. 37.* Ruland. *de commiss. l. 1. c. 14. n. 11. ubi sub nomine Doctoris etiam Licentiatum comprehendit, adeò, ut & is Commissarius esse possit*, Dn. Limnæus *l. 8. de Jur. publ. c. 8. n. 42.* Sagittarius *de Comit. Pal. Ə. 28. lit. d.* Anton. Maria Coracius *l. 1. d. comm opin. tit. 5. n. 124.* Thomas Lansius *de Acad. pag. 73:* ubi ait: In Saxonicis oris aliquando commodius & utilius esse Licentiatum, quàm Doctorem: Cùm Doctori sua dignitas alicubi aditum in ordi-

nem senatorium reddat difficiliorem: Licentiatus autem, quem Doctorali suffragio arbitrantur esse minorem, facilè cooptetur: Inde Hamburgum in Senatu suo & ordine Patritiorum tot numerare Licentiatos: Sic concilium Tridentinum ad consequendas dignitates Doctorem & Licentiatum æquiparat *sess. 24. c. 12.* ubi Archidiaconatus dignitatem mandat conferri Doctori vel Licentiato, item *c. 12 ead. sess.* mandat vicarium Capituli sede vacante debere esse Doctorem vel Licentiatum, hoc est, ita solenniter creatum.

§. 147.

Ultra hæc notandum venit, quòd Licentiati illi renunciati nihilominus etiam postmodum Doctores creari possint, sæpiusq; ita creentur, & notat Besoldus *in Thesaur. pract. verb. Doctor:* quòd Tubingæ inter Licentiatum solenniter renunciatum & Doctorem, quoad examen, adhibitionem consuetarum solennitatum, & per omnia in actu renunciationis nulla habeatur differentia, nisi quòd in renunciatione loco voculæ Doctoris, titulus Licentiati usurpetur, & quòd Licentiatus nullum prandium impendat, undè Tubingæ per

jocum

jocum Licentiatos dici solere Nüchtere Doctores: Et esse in usu, si promotus Licentiatus titulum Doctoris assumat, quod quoad solennitates planè erga illum nihil ulterius peragatur, nisi quòd cæteris novis Doctoribus se associet, publicè Doctor proclametur, & prandium simul solvat: Econtra in Licentiato examinato saltem, requiri præstationem juramenti, adhibitionem solennitatum, & specimen publicũ suæ eruditionis, disserendo de aliqua Juris quæstione: Et talis Licentiatus prius graduatus præfertur Doctori quando ipse Licentiatus ex post facto lauream Doctoris accepit per *L. 1. & 2. C. de præfect. prætor.* Cephal. *cons. 591. n. 18. Lib. 4.* Nolden *d. l. n. 41.* In aliquibus Academiis, ut Argentinensi receptum est ut omnes Doctoreis honoribus mactandi, prius Licentiati indigitentur, ita ut ante consensum in altiorem suggestum sint & vocentur Licentiati, postmodum modò Doctores creentur: Sicut videre est *in Actis Academicis pag. 149.* ubi Dn D. Meierus Candidatos Juris ita alloquitur; *At vos ô Candidati dignissimi, & jam ex impetrata promovendi Licentia sic Licentiati facti, antequam vos vestri voti de*

Doctoratus titulo reddamini compotes; Item *Ascendite Licentiati dignissimi*: Item *Vos Juris utriusq; Licentiatos, in Juris Doctores promoveo &c.* Eadem repetuntur *in secunda promotione pag. 269. 270. & 271. ut & in tertia promotione 13. Martij 1623. à D. D. Buschio instituta*: sed non sunt promoti Licentiati, cùm nihilominus Licentiatos in specie crearint Argentinenses, ut est exemplum in Dn. Johanne Steinwich Hamburgensi anno 1623. Georgio Lehman Stolpa-Pomerano anno 1624. Emanuele Putschio ann. 24. & Georgio Sylvio Hamburgensi 1625. Licentiatis solenniter creatis.

§. 148.

Q. 98. Quærunt hîc interpretes: An Licentiatus Doctoris postea gradū assequi volens, possit alibi, aut in alia Academia conficere hoc, quàm ubi licentiam antea fuerat consecutus? Affirmat Menoch. *de arbitr. Jud. qq. cas. 371. n. 16, 17.* Cuppener *ad authent. habita. C. ne fil. pro patr.* Rebuff. *de privil. scholar. privil. 76.* Sed Matth. Stephani *d. Academ. c. 14. n. 104.* eò limitat, quòd Licentiatus in Doctorem alibi promoverì cupiens necesse habeat ab illa Universitate, ubi in Licentiatum promotus, remissionem

nem juramenti eo nomine præſtiti impetrare. quod aliquando à quodam Licentiato Baſileæ promoto & alibi Doctoris gradum petente factum, ſe meminiſſe ait Stephani *d. l.* Rationes autem Cuppeneri & Rebuffi ſunt valde frigidæ 1. Quod ſcholaris juramentum interponens, ſe non in alio loco gradum aſſumpturum, ſine perjurii metu alibi rectè gradum aſſumere poſsit, quod juramentum intelligatur rebus ſic ſtantibus, prout res nunc ſe habent: Clauſulam enim hanc non ita latè eſſe capiendam, præſertim in juramentis doctè tradiderunt JCti teſte Mart. Magr. *de advoc. armar. c. 16. n. 561.* hoc enim interpretandi more recepto, tractu temporis omnia juramenta ſubverti poſſent, & ſemper dici rem non durare in eodem ſtatu, in quo fuit tempore præſtiti juramenti, atq; ita juramenta facilime eluderentur omnia, quod concedendum non eſt; 2. Ratio eſt, quod nova cauſa hic ſubſit propter novum examen, quod ſubire cogatur Licentiatus: Reſp. enim non eſſe cauſam novam, ſed continentiam potius cauſæ, qua propter ne Univerſitates, quoad ſua regalia & privilegia inter ſe confundantur, aut periculum iminu-

minutionis famæ, quod facilè contingere posset ex faciliore mutatione propositi patiantur, hoc non concedendum est: Imò hæc ipsa causa est, quòd neq; examen alibi amplius sustinere, neq; gradum assumere debeat Licentiatus semel examinatus. (3.) Sichard. *ad L. unic. n. 15. C. de Monopol.* putat, monopolium sapere statutum, quod est in Universitatibus, quo statuitur, ut qui hîc licentiam accepit, non possit doctorari alibi: qui verò sibi est contrarius *in L. 10. n. 13. C. de Judic.* ubi habet, quod doctorandi, examinati in aliis Universitatibus, non possint creari Doctores hîc Tubingæ, quia continentia unius causæ divideretur: Limitationem autem ex Antonio de Buteio subjicit, quæ eadem est cum ratione Rebuffi primâ modò refutata.

§. 149.

Jucundas hîc subjungam quæstiones ex Jure civili: Quidam testator alicui legavit mille taleros unciales, si legibus studuerit & supremum gradum meruerit, quæritur, quomodo intelligenda sit conditio hæc ut impleta, an sufficiat titulum Licentiati habere, an requiratur Doctoreus? Resp. Quòd conditio, si Titius legibus studuerit,

Q. 99.

duerit,

duerit, tum demùm impleta intelligatur, si studuerit ut Doctoratus insignia sit adeptus Alciat. *in L. 1. n. 5. ff. sol. matrimon.* Aymon Cravetta *consf. 652. n. 3.* Rationes sunt quod perfectum dici nequeat, cui addendum aliquid restat, at *ex §. 147.* constat, Licentiati titulo insignitos, amplecti ulterius Doctoreum. E. non sufficit Licentiatum esse, ubi adhuc superior titulus deest: Doctoratus enim graduum scholasticorum est apex & vertex, Et non Licentiæ: Aliter quæritur: Quidam testator instituit Titium hæredem, si Licentiatus factus fuerit, Titius verò pro gradu Licentiati saltem disputavit & promotionem solennem distulit, anne hereditatem nihilominus petere poterit? Decisio quæstionis dependet ex eo, an Licentiatus is verè sit, qui examina & disputationem sustinuit; patebit autem *ex §. 146. & 147.* illos non rectè & propriè Licentiatos dici posse: Nisi ergò promotus fuerit solenniter Licentiatus, vix est, ut hereditatē ad se justo titulo transferre queat: In institutionibus enim heredum verba explicamus & intelligimus, ut vulgò intelliguntur & communiter usurpantur *L. 66. in pr. ff. de Legat. 3. & L. 18. §. 3. in fin. ff. Instrum. Legat.* Q. 100.

A Li-

§. 150.

A Licentiatis progredimur ad Magistros, qui etiam affinitatem aliquam habent cum Doctoribus: Olim enim vocabulum Magistri in tantum erat generale, ut omnes cujuslibet disciplinæ præceptores comprehenderet, & eo nomine venirent Baccalaurei, Magistri in specie sic dicti, Licentiati & Doctores *L. 19. §. 2. ff de recepti arbitr.* sicuti suprà *c. 1. §. 3. & c. 13. §. 28.* pluribus ostensum est: sed posterioribus temporibus Magistri vocabulum speciatim de illo sumitur, qui supremæ Laureæ Philosophicæ decus ritu solenni accepit, & publicè Magister artium renunciatus est: Probatum autem est suprà, Magistros impropriè dici Doctores, cùm Magisterium sit supremus gradus Philosophiæ: Atqui Doctoratus est superior Magisterio. Ergo Doctoratus in Philosophia locum non habebit, Sixtinus *de regalib. l. 1. c. 2 n. 32.* Affines autem sunt illis 1. Quia respectu causæ efficientis venit eorum honor æquè ab honoris fonte Cæs: Majestate ac Doctorum, ut in specie deducit Sixtinus *dicto loco n. 32.* 2. Quia communia privilegia cum Doctoribus habent multa, specialioribus

ali-

aliquot exclusis: 3. Quoad modum inaugurandi: Ceremoniæ enim in creatione Magistrorum eædem adhibentur, quæ in Doctoralibus actibus usurpari sunt solitæ: ut sunt ascensus in superiorem cathedram, traditio libri, impositio mitræ, annuli aurei in manus adaptatio, candelarum cerearum prælatio osculatio: 4. Ratione finis: debent Magistri sua scientia æquè prodesse Reipubl in partibus sibi credendis, ut nempe alius Mathesi sit præfectus, alius Geometriæ, alius Musicæ, alius linguis utilis sit, alius Physicum agat, Metaphysicum alius, ac Doctores in suis muniis: Et quod caput rei est, præsupponimus Magistrum examinatum & cætera idoneum.

Tandem venimus ad gradum Baccalaureatus, eundemq; ferè, hisce ex causis cognatum aliquid cum Doctoratu alere putamus: Baccalaurei autem ut plurimùm in facultate Philosophica creantur, in Academiis verò antiquioribus, ut Erfurtensi & Lipsiensi dantur & Baccalaurei Theologiæ & Juris: Inde factum, ut Rebuffus *in materia possess. art. 13. n. 11.* sub Doctoris nomine etiam Baccalaureum Juris comprehenderit, quem pùtavit æquè commissarium

sarium esse posse, ac Doctorem & Licen-tum Juris, de quo tamen non immerito dubitavit Rulandus *d. Commiss. libr. 1. c. 4. in fin.* quia in Baccalaureos illi saltem promoventur, qui abbreviaturas tantùm Juris legere norunt, ac proindè verum legum gustum, qualis in Commissario requiritur, non habent: Matth. Steph. *d. Acad. c. 14. n. 17.* Hoc quidem verum est, quòd Baccalaureus in altero Jurium præferendus sit Magistro artium. Dn. Limnæus *l. 8. d. J P. c. 8. n. 27.* Convenientia autem consistit 1. in eo, quòd Baccalaurei nomine Imperato-

Q. 101. rio creentur, æquè ut Doctores: Dubitat quidem de hoc Treutlerus *vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. a.* & putat, Baccalaureatum non esse dignitatem, sed præparationem saltem ad dignitatem, ejusq; concessionem non esse de regalibus Imperatoris, quem sequitur Besoldus *in discurs. d. Jur. Acad. c. 4. n. 6. & in disc. de Majestat. Jurib. c. 8. n. 3. in fin.* Sed affirmativa verior est, ut testatur Sagittarius *de Comitib. Palatin. th. 30. lit. 1.* ita argumentando; 1. Si creatio Baccalareorum nihil habet regalium, utiq; non erit necessium, ut specialiter hoc jus ab Imperatore impetretur: At debet impetrari. 2. Qui

Bacca-

Baccalaureos promovent, faciunt hoc vel quà docti, vel quà Comites Palatini, aut quà Decani: Non quà docti, alias enim omnes possent: At non possunt: E. quà Comites aut quà Decani: At undè Comites, aut Decani, nonne ab Imperatoria Majestate? 3. Quòd in promotionibus adjici solet: Ego Cæsarea authoritate Comes vel Decanus te creo Baccalaureum &c. Et hanc sententiam defendit Bacchovius *ad Treutlerum:* Limnæus *d. l. n. 26.* Camman *disp. de Regal. 3. n. 56.* 2. Sustinent examina & publica, habent testimonia eruditionis mediocris, quæ in hisce requiritur: 3. Intervenit solennitas aliqua publicationis, & promotionis actus publicus, intervenerat olim laurus, quà manus caputq; decorabatur: Hodiè verò ob lauri penuriam cessasse putat Stephani *d. l. n. 113.* 4. Privilegia habent, sed non multa nec magna, quùm sit gradus infimus, undè meritò incipiendum est, Sagittar. *d. l. lit. c.*

§. 151.

Supersunt Poëtæ Laureati, qui (1.) respectu causæ efficientis ab Imperatore mediatè, vel per Comites Palatii, vel in Academiis creantur. Est enim jus lauream poë-

ticam concedendi de Regalibus majoribus, & Conrado Celti primam lauream poëticam Imperator Maximilianus I. tribuit, ut Bocerus *d. Regalib. c. 2. n. 240* scribit, quamvis Friderico III. id adscribat Melch. Adami *in vita Celtis fol. 30.* ut etiam rectius, teste Goldasto *in Constitut. Imper. pag. 485* ubi ipse Maxim. I. in constitutione de honore ac privilegiis Poëtarum anno 1501. testatur Celtem per genitorem suum Fridericum III. divæ memoriæ primum inter Germanos Laureatum Poëtam designatum, Lansius *in Consult. Europ p. 37.* arbitratur, Friderici IV. Imp. Augusti manibus Celten Poëtam coronatum esse. (2.) Respectu ceremoniarum, illis laurea imponitur, & datur annulus aureus, sicuti habet Nicolai Reusneri diploma, quo Casparum VVagnerum P. L. anno Chr. 1593. creavit his verbis: *Te per laureæ impositionem & annuli traditionem Poëtam Laureatum fecimus:* Idem & Joh. Jacobus Grasserus Basileensis in concessione laureæ Michaëlis Bartschii 1618. indicat: *Imperiali autoritate*, ait, *fronti ejus ingeniosissimæ & modestissimæ Lauream Poëticam imposuimus & dextram in diviniore hac Poëseos harmonia*

nis exercitatissimam annulo aureo exornavimus. In primo actu inaugurationis Poëticæ Argentorati 1622. a Marco Floro instituto, invenio non tantùm Poëticæ Candidatos in eminentiorem cathedram collocatos, sed coroná è lauro & hedera complicatá ornatos & aureo signatorio annulo decoratos fuisse : *Vide acta promulgationis privilegiorum Acad. Argentinensis pag. 227.* (3.) Habent etiam privilegia sua, teste Thoma Sagittario *d. Comitib. Palatin. thesi 31. lit. e.* videtur quidem obstare *l. Poëtæ 3. C. d. Professs. & Medic. libr. 10. ubi dicitur : Poëtæ nulla immunitatis prærogativa juvantur.* Varii autem variè respondent. Alber. Gentilis *ad dict. l. 3.* distinguit inter profitentes Poëticam & alios Poetas, de his exaudiendam esse putat legem, de Professoribus Poëseωs non : sed ego hanc responsionem non judico satis firmam, uti enim *suprà cap. 1. §. 70. & c. 15. §. 100.* probavi, non est facienda distinctio inter Doctorem Juris Professorem & non Professorem existentem, ita & non inducenda est inter Poëtam Professorem, & non Professorem : Frater Alberici Scipio Gentilis *2. parerg. 1.* ideò putat, eis in jure civili nulla Q.105

 tribu-

tributa privilegia esse, quod grassationibus h. e. adulationibus ut plurimùm dediti essent & quod veritatem sæpius negligerent: Uti quidem responsionem hanc non improbo, ita melius rationem legis hanc adferri posse puto, quod studium Poëticum temporibus Romanorum Impp. post Tiberium valdè contemtum & abjectum habitum fuerit, non tantùm quod adulationis vitio innexi & impudentes essent Poëtæ, scurrilia & parum decora tractarent, sed quod fabularum illecebris ad maxima scelera juventutem adducerent, refert Gellius *libr. 11. N. A. c. 2. pag. (mihi) 389 ex libro Catonis, qui inscriptus est Carmen de moribus hæc verba: Poëticæ artis honos non erat, si quis in ea re studebat, aut sese ad convivia applicabat, grassator dicebatur, talis scil. qui in morem latronis aliquem aggrederetur:* Posterioribus autem temporibus Poëtæ Imperatoribus se iterum insinuarunt & ab illis majori in pretio habiti fuerunt, sicut testatur Scaliger *l. 1. Poëtic. c. 2.* & in specie Senatus Romanus ad veteris consuetudinis similitudinem Lauream revocavit & A. C. 341. Franciscum Petrarcham in Capitolio laurea donavit: De Poësi itaq; hoc loco dici potest,

poteſt, quod de aliis artibus quodve de moneta, in quibus mores hominum & uſus & auctoritas mutatur; Sicuti etiam Mathematicis Imperatores Romani infenſi fuerunt, ut maleficum & Mathematicum pro uno habuerint *tt. & L. 2. C. de Malefic & Mathem.* ita & Medici non fuerunt habiti in magno pretio apud Romanos, teſte D. Gerhardi *dec. 9. qq. pol. q. 3.* qui tamen omnes poſtmodum reſtituti fuerunt. Videatur Tholoſanus *de Republ. l. 1*. c. 5.* qui ſupra dictam *L. 3. C. de Profeſſ. & Medic.* de iis intelligi vult, qui vel ſpurcos verſus ſcribunt, vel ex Poëtarum libris non niſi ſpurca ſeligunt, atq; ita à Germanæ Poëſeως ingenio recedunt, Schönborn. *3. Polit. 43.* Sagittarius *de Comit. Palat. §. 31.*;

CAPUT XXI.

De adjunctis Solennitatibus & Ceremoniis Doctorum.

§. 152.

TRalatitium inde uſq; ab omni antiquitatis memoria fuit, omnibus fere gentibus, ut in plerisq; actibus legitimis quædam ſolennia & ſymbola rituſq; ac ceremonias adhiberēt *c. quando de his quæ fiunt*

à prælat. Ayrer *in process. p. 2. c. 9. obs. 9. n.* tùm ne magni momenti res ἐν παρέργῳ & perfunctoriè viderentur factæ: tum etiam ut admonitiones utiles & necessariæ de officio faciendo hominum animis per ea signa insinuarentur, tantoq; firmius imprimerentur: Ea in re cumprimis Romani fuerunt ad superstitionem usq; diligentes: uti deduxit præter Gothofred. *ad Nov.* ... *in princip.* Rittershus, *in not. ad Günther. l.* ... *v. 550.* Dn. Berneggerus lumen & columen Academiæ Argentinensis *in programm. de Magistral. de ann. 1619.* sed dum hæc scribo, subitò ad me defertur, eum Februarii die 8. hoc anno 1640. rem humanam passum esse, certè summo Argentinensis Academiæ detrimento: Vir enim fuit doctissimus & vix parem habens, ut testatur Besoldus *in suo ultimo scripto Ingolstadij de success. Imperior. excuso pag. 221.* Sic enim in manumissione pileum servo dabant velut insigne libertatis, eumq; rhapismate percussum, rasum & vertigine quadam circumactum imposita virgula, servitute eximebant *L. ult. C. de Emancipationib. liberor.* & *Novell. 81.* Sic novæ nuptæ adhibitis aqua & igni in domum deductæ maritorum, po-

ste-

stes ædium inungebant oleo, quo lanam imbuerant, unde & uxoris nomen est, iisdemq; claves dabantur à maritis, sicut in divortio rursus adimebantur Barnab. Brissonius *lib. 1. Antiquit select.* Francisc Connanus *lib. 8 Comment c. 5.* Gothofred. *ad rubr. C. de sponsalib. & ad L. 2. ff. de divort. & repud* inprimis Hottomannus *tr. de veterib. Nuptiar ritibus c. 16 & 18. p. (mihi) 39.* Sic ante stantes auriculam testium infimam apprehendebant eamq; ter vellicabant, quam consuetudinem priscis quoque Germanis usitatam *ex Joh. Aventino lib. 2. Annal. Bojor.* patet: Sic in mancipatione interveniebat libripens cum ære sive raudusculo & libra, quæ percutienda erat illo ære injecto certis quibusdam & conceptis verbis prolatis Ulpianus *in fragment. tit. de domin. 19. §. mancipatio. 2.* & Barnab. Brissonius *libr. 1. select. antiquit. c. 7.* Sic jurantes vel accedebant aram eamq; manu tangebāt, quomodo Christianis receptum est tactis sacro-sanctis Evangeliis jurare, vel silicem tenebant manu, dum certis verbis additis projiciebant, quod dicebant Jovem lapidem jurare, de quo ritu videndus Gell. *4. N. A, 20. & libr, 1. c. 21,* Sic militibus insigne

 daba-

dabatur cingulum, quod ignominia notis adimebatur, ut incederent fode centes discincti, Claudius Cotoraeus *de Jure militum lib. 1. c. 4.* Sic ingenuos adolescentes in viros transcripturi deposita praetexta, virili toga induebant, apud Deorum templa indeq; in forum exceptos solenni officio deducebant, Tiraquell, *de nobilit. c. 37. n. 160.* cum quo sumendae togae ritu Romano Germanorum veterum arma concedendi consuetudinem, Tacitus *de Morib. Germanor. c. 13. 2.* comparat, qua suos adolescentes die tyrocinii framea scutoq; exornatos in militiam cooptabant, eosq; cum ante pars domus essent, partem Reipubl. faciebant ad bella publicaque munia alia fœcunda declarabant idoneos, Thomas Dempsterus à Muresk Scotus *in Paralipom. ad Antiquitates Rosini libr. 5. c. 32.* Senec. *Epist. 4. ad Lucilium*, quem ritum vocamus Einen wehrhafft machen / cui alapa quoque accedit, quae hodie in illo quasi manumissionis seu emancipationis equestris ritu intervenit, teste Conr. Rittershusio *in not. ad Güntheri Ligurinum lib. 6. v. 159. n. 8. p. 117.* Pruckman *in §. soluta potest n. 114. f. 77. de Regalibus* Besold, *in thes. pract. v. wehrhaffe*

hafft

hoffe machen. Ceremonias sacras in actu Baptismi & Paschatis celebratione recensuit D. Bilschius *in Oratione inaugur. p. 248. ad or. Academicor.* Ita in Academicarum quoq; dignitatum collatione laudabilis & antiquo more est ejusmodi symbola, notas & insignia servare, quorum multi multa statuunt & in numero eorundem mirificè variant: Plerique tamen fere in istis sex acquiescunt: Cathedra, libro, Biretro seu infula aut pileo, annulo, osculo & benedictione, quibus adduntur faces seu cerei ardentes: Statuuntur autem insignia hæc propter diversum eorundem valorem alia necessaria & substantialia, alia verò honoraria seu accidentalia. Substantialia sunt, quæ citra Doctoratus perfectionem omitti non possunt, & sunt Cathedra, Liber & Pileus: Accidentalia autem sunt Annulus, Osculum & Benedictio: sed nec benedictio propriè insigne Doctorale esse potest, cùm nullo signo externo constet, nec sit simulacrum in oculos incurrens & rem aliquam repræsentans, in cujus locum faces substituuntur

à quibusdam, ut Bocero *de Regalibus c. 1. n. 129.* & Bitſchio *d. l.* de quibus nunc ordine agendum eſt.

§. 153.

Quando & quo tempore uſurpari cœperint hæc inſignia, ignoratur & haud quaquam ſatis compertum eſt, teſte Alciato *l. 8. parerg. c. 10. in prin.* in textibus juris noſtri etiam nihil de iisdem habemus, niſi quod ſub Clemente V. in concilio Viennenſi de promotionum ſumptibus moderandis expreſsè conſtitutũ *Clem. 2. de Magiſtris*, & ibidem mentio habetur inſignium Doctoralium & Magiſterialium, unde ab eo tempore ratio promovendi uſq; ad noſtram ætatem in Academiis duravit: In illa CL. autem quæ eſt *in lib. 4. Clementinarũ tit. 2.* elegantia hæc habentur: *Cùm ſit nimis abſurdum, ut quis cum vanitate & imperitia ad honorem aſcendat peritiæ literarum non ſine turbatione miramur, illum apud ſcholaſticos abuſum invaluiſſe, quo plerią; eorum, qui in quavis ſcientia ac Doctoratus vel Magiſterij aſſumuntur honorem, quum ſua ſolenniter principia faciunt aut ſui recipiunt inſignia Doctoratus.* CATHEDRA eſt principaliſsimum omnium inſigne, adeo ut ſi quis quem

quæ videtur cathedratum, sive in cathedram [illegible] ex eo ipso satis probatus sit Doctoratus sive dignitas Doctoralis: Est in [illegible] muneris & possessionis, [illegible] possessionis usúsq; legitimus, ut [illegible] ex eo ipso, quod promotus [illegible] cathedram conscendit, jus potestatem [illegible] scientiam eam & facultatem [illegible] gradum istum consequitur, ex [illegible] & facultatum nomen, quo [illegible] genera appellari consuevere, originem traxisse videatur. Sic Theologiæ Doctori per cathedræ ascensum datur jus & potestas in Ecclesia docendi, in Schola profitendi & disputandi. Doctori Juris tradere cathedram, seu Candidatum in sedem doctoream admittere & recipere, est eundem in Amplissimum JCtorum ordinem solenniter transscribere, h. e. potestatem ei concedere, Juris scientiam profitendi, interpretandi, docendi, agendi, defendendi, judicandiq; cæteraq; in universum & singulatim peragendi & obeundi, quorum est Doctoribus Juris more legéve potestas tributa. Medicinæ Doctori datur per ascensionem in suggestum superiorem, potestas docendi faciendiq;

diq; Medicinam: Et hæc omnia clarè te-
stantur & probant Bl. *in procem. Decret. in verb. Gregorius n. 25. 26. & in c. Gregor. col. 5. extra. de constitut.* Matth. Stephani *de Academ. c. 14. n. 122.* Besold. *in thesaur. Jur. v. Doctor.* Anton. Gomez. *ad L. Tauri in f. n. 16.* Jac. Bornitius *lib. 1. d. præmijs c. 6. in f.* Limnæus *libr. 8. c. 8. n. 88.* Heigius *p. 2. q. Juris q. 11. n. 57.* Habet autem hoc insigne triplicem in se admonitionem, 1. dum nemo nisi jussus cathedram conscendit, innuitur, expectandam esse legitimam vocationem, & propria autoritate in officia se intrudere non licere, ne experiatur Doctor illud Comici: Aedilitatem gerit sine populi suffragio. 2. quòd in cathedram assumtos Doctorandos lateri suo adjungit promotor, id denotat, ne quis suæ prudentiæ solus confidat, sed potius ut communicato consilio opiniones tractet. 3. monet cathedræ assignatio de officio functionis nostræ gnaviter faciendo deq; vocationis nostræ limitibus non excedendis: Cathedram nactus es, hanc orna: quò pertinet *can. ult. dist. 40.* videte, quomodo sedentis super cathedram, non locus sanctificat hominem, sed homo locum, sed has officii admo-

admonitiones latius explicat D. Hirschius in *Orat. de insignibus Doctoralib. pag. 250. & 154.*

Secundo loco ponimus Librum; Alciatus quidem *L. 7. parerg. c. 10.* primo loco refert librum, sed ille, ut & Itali Cathedram inter insignia connumerare dubitāt, quùm parùm sit ceremoniæ e loco in locum ire, ab inferiori ad superiorem se conferre: sed non ita superstitiose aut potius curiosè illa Doctoralia symbola interpretanda sunt, potius veró, ut ab antiquitate accepimus, ita eadem repræsentare debemus: Nam ut cathedra, ita liber est de substantia Doctoratus, Stephani *d. l. n. 122.* Liber autem habet ex merito suo encomia clarissima: Liber est templum justitiæ *L. 2. §. ne autem 22. C. de V. J. E.* Lumen cordis, speculum corporis, virtutum repertorium, vitiorum confusorium, corona prudentū, diadema sapientium, honorificentia Doctorum, clarificentia Rectorum, comes itineris, domesticus fidelis, socius colloquentis, collega præsidentis, vas plenum sapientiæ, via recta eloquentiæ, hortus plenus fructibus, pratum fluens floribus, mare sine fluctibus, principium intelligentiæ, fundamētum

tum memoriæ, hoſtis oblivionis, amicus recordationis, Petrus Rebuffus ... & 57. & ex eo Speckhan. *Cent. 2. cl. 1.* ... *n. 6.* Adamus Keller *de Jure ſuccedendi T.* 34. *n. 36.* Traditio autem libri admonet in cathedra ſeu profeſsione noſtra non proprias opiniones, ſed veram ſapientiam in libris iis, qui fundamentum professionis noſtræ continent, comprehenſam ... dam & in oculis habendam eſſe. Ita ... logus habet ſuum Codicem ſacrum ... legem & teſtamonium, *Eſa. 8. v. 20.* Qui habet ſermonem, loquatur meum ſermonem verè, *Jerem. 23. v. 28.* οὐκ ἄτερ γραφῆς λέγομεν, habet proverbium Petri teſte Clem. Alexand. *lib. 6. ſtromatum,* JCtus erubeſcat ſine lege loqui *Nov. 18.* Medicus pudefiat absq; Hippocrate & Galeno aliquid proferre: Liber autem traditur Clauſus & Apertus. Clauſus ſymbolum ſcientiæ exhibet, admoneturq; eo Candidatus doctrinam in libris typis expreſſam, non tantùm in chartis legendam, verùm etiam memoriæ infigendam eſſe; Tantum enim ſcimus, quantum memoria tenemus: Omnium enim ſcientiarum & artium ſubjectum eſt animus noſter, non vox, non charta librorum,

rum, Zabarella *libr. 1. Apolog. c. 2. pag. [illegible]* Ex hoc agendi modo, dum liber clausus doctorandis offertur, refutantur illi qui in suis systematibus disciplinas nolunt tractari quatenus esse debent in mente, sed quatenus sunt in chartis aut libris: Cum tamen hoc modo ex libris nemo doctus reputetur, nisi animo imbiberit, & ex libro in succum & sanguinem converterit: Hoc commodi inde proveniet, quòd amissis libris, & habitus, qui instructus & in promptu adesse debebat, amitteretur, & sic contingeret idem quod Cynicæ sectæ Philosopho amnem transituro, cui liber, quem in manibus habebat, in amnem decidit, & sic omnis ejus eruditio diffluxit. Apertus liber duplicem habet significationem, alteram certitudinis, quam in docendo & respondendo: alteram industriæ, quam in studio continuando propositam nobis habere debemus: Certitudinem ipsa αὐτοψία monstrat, ut ad fontes & ipsa verba textus attentè recurratur: Contrà verò ab hac certitudine alienum est, si Codicibus mendosis utamur, & saltem glossatorum summariis, scholiis & repertoriis fidamus: Industriam autem in continuando

libro-

librorum professionis suæ lectione, denotat liber apertus, quia in hac imbecillitate humana impossibile est omnium habere memoriam & in nullo penitus aberrare L. 2. C. de V. J. E. ideò & alii consulendi sunt, neq; solum librorum possessio copiave eruditos facit, aut ad respondendum aptos, sed assiduâ manu evolvendi sunt, inde si quid velis: οὐ γὰρ κτῆσις ἀλλ' ἡ χρῆσις τῶν βιβλίων πεπαιδευμένους ποιεῖ, Plutarch. περὶ τῶν παιδ. ἀγωγῆς c. 20. Liber ergo nobis debet esse & Liber Libans, ut suis dulcissimis, quos in se complectitur, flosculis nos delectet & pascat: Liber librans, ut auctoritate ejus & subsidio glossas & opiniones interpretum ponderemus & ad propositam quæstionem concinnè accommodemus; & tandem Liber liberans, ut ab omnibus erroneis ac vagis opinionibus nos vindicet, sunt verba Alberici de Rosate JCti veteris.

§. 155.

Tertium substantiale insigne est Birettum, seu Pileus & Tiara Doctoralis; dicitur & mitra & mitella. Birettum putatur appellari, quasi bis rectum, rectitudine scil. eruditionis & morum, ut Lucas de Penna

in L.

in L. 11. C. de Murilegul. lib. 11. alludit: Alciatus *l. 8 parergorum cap. 10* nominat birrum, impositum capiti tegmen: rectiùs D. D Dinnerus putat πυῤῥὸν Platoni & Augustino rutilum & rubrum dici, ut pyrretum sit pileus rubicundus. Imponitur autem id tegmen tanquam tiara, cidaris, causia, quæ pileorum aut petasorum sunt species: Impositio igitur pilei vetus docentium insigne, quo ipso sapiens Antiquitas hunc ordinem à reliquis ordinibus & præcipuè à plebeculæ multitudine distinctum esse voluit, de libertate ea debet admonere Doctores, qua tùm ab inscitiæ, tùm vitiorum servitute liberi esse declarantur & jubentur: Non enim ea est licentia faciendi quicquid velis, sed senilis prudentiæ & gravitatis studiosi ut sint, monentur: Consenescendum enim ipsis est ante tempus, & juvenilibus oblectamentis rejectis seriis in rebus versandum: Tiaræ forma rotunda denotat eorum perfectionem, sicut enim forma rotunda est perfectißima, ita ad perfectionem sectandam incitantur hoc ipso: Aliquot Academiæ habent quadratam formam, hac significari ajunt Doctori facultatem dari docendi in quatuor plagis or-

 bis

bis terræ, Tholosan. *d. arte jur. c. 34. n. 5.* *pag. 567.* Color est rubicundus, hominum oculos suaviter alliciens, de morum amabilitate & gratia hominum concilianda, fugienda verò ἀχαριστία commonefaciens: Materia est pannus holosericus, preciositate sua insignem Doctoris excellentiam augmentans *l. emtori 37. §. 1. ff. d. Evictión.* de hoc pileo plura videantur apud Johannem Heringium *d. Molendinis. q. 12. n. 10. 11. & 12.* & notabile est, quod habetur apud Bernh. Hertzog *libr. 6. Chronic. Alsat:* Sebastian von Hitnhaim D. deß Reysserl. Cammergerichts Beysitzer / als er er mit todt abgangen / hat man jhm sein roht Scharlach Doctorat hütlein auffgesetzt vnd mit jhm begraben / als man aber vor wenig Jahren sein Begräbnuß eröffnet / ist der gantze Cörper verwesen gewesen / aber das Scharlach Hütlein vnversehrt / als ob es new were wiederumb außgedolben worden: quod exemplum perfectionem supra indicatam etiam post mortem mirificè confortat.

§. 156.

Et hactenus habuimus insignia Doctorum principalia, supersunt accidentalia,

Annu-

Annulus, osculum & faces, quæ actum potius exornant quàm perficiunt. Secundum enim Bl. *in proœm. decret.* mulieres quoque osculantur, desponsantur, benedicuntur, nec tamen doctorantur: Additionator *ad Guidonem Papa decis. 388* Lanf. *d. Acad. pag. 69* Limnæus *d. l n. 96.* Besold. *in Thes. Jur. fol 199.* Speckhan *cent. 1. quæst. 22, n. 5.* Ego ut hæc insignia eò melius distinguere discerem, illa in majora & minora secundum corporis humani exteriora membra dispescere studui: Certum est per cathedram investituram possessionis doctoralis concessam, possessio autem est quasi pedum positio, unde pedibus aut capiendæ sedi cathedra dicata: Liber dicatus est manui: pileus capiti imponitur, quod principale hominis membrum est *c. illi offerunt in f. 1. q. 1.* quùm omnis perfectio debeat esse in capite *l. argent. §. ratione ff. d. edend.* & hoc est sedes scientiæ & eruditionis castrum: His tribus membris & partim organicis & maximè principalibus benè se habentibus, homo florere dicitur, quibus sunt tria hæc insignia consecrata: Minora sunt per symbolismum quendam partibus hisce minoribus dicata, ut enim in manu digiti sunt,

 ita

ita eorum primario annulus inſeritur: Et capitis ceu principalioris ori aut maxillæ oſculum infigitur: faces ſeu cerei ardentes qui præferuntur eundo doctorandis, ſunt ſubſtituti cathedræ, quæ poſſeſsionem unius loci ſuppeditat, hi ambulatoriam decernunt & magis confirmant, ut ſenſus ſit, Doctori non unam cathedram, eam ſcilicet, in quâ primò poſitus fuit, ſed omnes ubivis & omni tempore eſſe aſsignatas, quod volantes & micantes, & in omnes angulos reſplendentes faces indicant.

§. 157.

Sed pergamus ad annulum: Annulus fuit apud Romanos ordinis Equeſtris inſigne eosq; à plebe diſtinxit, teſte Matthia Steph. *l 2. d. Jd. p. 1. c. 6. m. 2. n. 6. 7. 13. & 28.* Idem etiam Doctoribus aſsignatus fuit, quòd togata virtus equeſtri haud inferior judicaretur *l. 14. C. d. adv. div. judic:* vide etiam ſupra *c. 9. §. 52. & 53. & c. 14. §. 91. 93.* Secundò quòd per annulum deſpondeatur Euſebie, Themis & Sanitas, oportet ergò nos non minorem Juſtitiæ, pietati ac ſanitati ſibi ſic deſponſæ fidem præſtare, quàm quæ fœdere connubiali continetur, & quam in ſcholis virginem duxit,

cam

eam in vita hominum non debet facere meretricem, Heigius *p. 2. q. 11. n. 60.* Tertiò est iste annulus aureus, qui ingenuis olim attributi: debet ergò Doctor esse candidus, ingenuus & nulli se fœdo nomine mancipare, servire aut adulari: Est & aureus signatorius, quo monentur, consilia sua cujusvis facultatis, quæ annulo isto subsignantur, auri naturam imitari debere, quod ut est purissimum, ita responsa nihil sordium ex falsis opinionibus admixtum habere debere: subsignaturam autem istam rubrâ cerâ fieri à Doctoribus, testatur Jac. Bornitius *d. Instrument. l. 1. c. 20. pag. 88.* quod est privilegium singulare ab Impp. concedendum, quamvis hodiè quivis cerdo hoc sibi ultrò sumat non sine summa graduum confusione: De annulis verò plura videbis apud Eggebertum Schaumium Francofurtanum Marchicum *in tr. de annulis eorúmque jure & usu Anno 1620. operâ Georgij Rittershusii (ipsius Ephori, quod ipse testatur c. 5.) usum*, ut scribit Jacob. Bornitius *d. tract. pag. 90.* & innuit D. D. Andreas Dinnerus *in Inauguratione Doctorali*, quâ D. Georgium Rittershusium renunciavit, ubi de ceremoniis egit & ad annulum venit,

scribens: *De annuli mysterio quia luculenter commentatus es sub alieno nomine Georgi Rittershusi, non debeo auditorium eorum replicatione diutius detinere, ubi c. 7. in f. & cap. 9.* hanc nostram materiam attingit, & in specie tradit, Doctores pollice uti ad annuli gestationem: quemadmodum enim pollicis adjumento reliqui digiti reguntur, isq; in unaquaq; re socius & adjutor est, unde & apud Græcos ἀντίχειρ quasi altera manus dicitur: ita ars cuncta gubernat, nullus est humanæ societatis status, quem doctrinarum studia non beent: Doctorum scientiâ totus illuminatur orbis *auth. habita C. ne fil. pro patre.*

§. 158.

Complexus & osculum, inter alias ceremonias seu ritus, quibus renunciationes doctorales pia Antiquitas augustiores reddere voluit, sequitur: Monet autem osculum de firmiter retinenda conjunctione & concordia, ut quantum in nobis est, pacem habeamus cum omnibus, dissensiones omnes componamus: *Rom. ult. v. 16. Proverb. 10. v. 12.* Osculum etiam vulgo pacis signum appellatur *c. pacem d. consec. d. st. 2.* olim etiam solebant manè clientes osculo suos

suos patronos visitare, cujus moris non uno loco meminit Martialis: Academicum illud osculum non debet esse etiam impudicum, sed honestum, quo sponsa castissima advenientes exosculatur antiquo ritu, quo olim D. Augustino teste advenientes osculo salutabantur. Dn. Jacobus Herrenschmid *Ecclesiæ Nördlingensis Archipresbyter Vir doctissimus in sua Osculologia q.32.* Et iterum videatur Georgius Rittershusius *in discursu de osculis anno 1621. Francofurti ad Oderam edito.*

§. 159.

Faces seu Cerei ardentes prælati duplicem claritatem designant: unde Doctores etiam Clarissimi dicuntur: Alia enim est claritas scientiæ, sicuti modò dictum, quòd Doctorum scientiâ universus illuminetur Mundus, alia est claritas seu excellentia virtutis & morum, sicuti dicitur *in l. 7. C. d. Professf. & Medic. & l. un. C. d. Professf. qui in urbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerunt Comitiv:* Dn. D. Johannes Schmidius Argentinensium Theologus celeberrimus *in conc. 4. ad Psal. 127. pag. 62.* Heut zu Tage werden brennende Fackeln auff Universiteten oder Hohen Schulen den new

creirten Doctoribus vorgetragen / damit hat man zu verstehen geben / daß man solche Personen genommen / die mit Tugend unnd Redligkeit gleichsam für andere scheinen und leuchten. Quatuor insignia priora carmine complexus est Andreas Alciatus *8. parerg. 10.*

Inprimis capias doctrinæ insignia Librum,
Qui clausus, *nutu stet pateatq; tuo.*
Annulus *in digito puri tibi ponitur auri,*
Hoc quia sit facto partus equestris honos.
Stet capiti sublimis apex Tegmenq; *verendū,*
Ut Sophiæ sedem digna corona tegat.
Oscula *patronis præstent quod manè rogati,*
Hoc tibi seu pacis sive clientis habe.
Restat ut æternus genitor tua vota secundet,
Atq; hæc felici sydere facta velit.

Benedictio seu votum pòst collata ornamenta Doctoralia & renunciationem à Brabeuta subjungitur, variisq; formis genericis & specificis, in prosa & ligata oratione, quæ ubivis occurrunt in publisatis actibus Doctoralibus: sicut & publicæ & privatæ fiunt ab amicis gratulationes, teste D. D. Theodorico *in festo Joh. Baptistæ fol. 777.* Inter illa vota perplacent mihi speciales illæ acclamandi formulæ, ubi loci opportunè

portunitas suavitatem auget: Ita Theologo Doctori acclamatum aliquando recordor, sit doctior Hieronymo, prudentior Ambrosio, eloquentior Chrysostomo, Augustino judiciosior: Sic Altorfi 12. Febr. 1626. Dn D. Georgium Königium in concione doctorali Dn. Tobiæ Oelhafio JCto & Consiliario Norico, fautori & amico nostro benè precantem audivi, his verbis: Comprecor ingenium Scipionis Gentilis, judicium Donelli, scientiam Gifanii, industriam Rittershusii, qui quatuor JCti quatuor fuêre lumina Altorfinæ Academiæ: JCto alicui παρῳδικῶς potest acclamari secundum Tiraquellum *de LL. connubial:* ut sit Ulpiano eloquentior, Paulo nervosior, Callistrato doctior, Papiniano acutior, Scævola pressior, Caio luculentior, Africano subtilior, Pomponio jucundior, Celso nitidior, & Tryphonino candidior; VVittebergæ olim Doctorem Theologum hæc amica vox gratulantis exegit: Sit eloquentior Hüttero, sit prudentior Balduino, sit profundior Franzio, sit diligentior Meisnero.

§. 160.

Renunciationis solennitatem præcedit

Juramentum receptum: quod licet non sit de substantialibus Doctoralium honorum, tamen est de benè esse status Doctoralis, quùm nulla sit vitæ conditio, quæ non adstringatur ad certas vivendi & agendi formulas: Ita Imperator ipse supremus noster Dominus juramento se adstringit ad illa, quæ in capitulatione Electorali contenta sunt: ita omnes Reges, Principes & Magistratus certo jurejurando promittunt, se ea acturos, quæ decet & præscripta sunt, ut probat Tiraq. *in tr. d. præscriptionib. §. 1. Seracrev. de condict. gl. 8. p. 72.* ubi etiam habet Doctores jurare per text. *in l. nemini 11. v. jurisperitos C. d. adv. div. judic.* ne quis enim gradui sit dedecori aut in infamiam incidat, suum ad officium juramento constringi debet arg. *c. in epist. d. forma fidelit. 5. F. 2.* Donec ita totus promotionis decurrit actus, alicubi munera ut vocant Proceribus Academicis alijsq; invitatis hospitibus à Candidatis ad hoc exoratis nomine Doctorandi offeruntur: ea sunt plerunq; chirothecæ, & aliquid panni holoserici pro diversitate personarum, legatis namq; liber aliquis & materia & forma illustris offerri consuevit: Brabeutæ & cæteris exa-

mina-

minatoribus honoris causa etiam remunerationes porriguntur, ut suprà *c. 6. §. 34.* indicatum: Reliquos in spectatores missilia ja[c]tantur à ministris Academicis, quæ & ipsæ chirothecæ sunt exigui valoris: Quod spectaculum rectè nominat Dn. Limnæus *d. l. n. 64. & 98* parùm proficuum, ideò rerum omnium indigentia faciie abrogabit & tacitè multis in Academiis abrogavit: cur autem chirothecæ in concessionibus privilegiorum Doctoralium distribuantur, ex adjectis exemplis disci potest, quæ habet Dn. Georgius Rittershusius *in tr. d. Jur. asylor. c. 3. n. 34.*

§. 161.

Hisce omnibus expeditis & finitis, convivium aut prandium Doctorale instituitur, quod debet esse pium & moderatum, prandia enim Doctoralia propter luxum & ingluviem instituta non sunt, sicuti probat Dn. D. Cunradus Theodoricus *in analys. Evangel. festi Joh. Baptistæ fol. (mihi) 777.* Debet esse secundò frugale & non sumtuosum, unde Clemens V. Papa in Concilio Viennensi *in c. 2. d. Magistr.* in promotionibus certum constituit numerum, ne ultra tria millia Turonensium argenteorum in

solen-

solennitate circa hujusmodi Doctoratum quomodo libet expenderentur: sed hodie hæc Clementina sumtuum moderatio in plerisque Academiis dormit, & honores scholastici tot tantisq; expensis laborant, ut multi etiam doctißimi, quibus est res angusta domi, prorsus deterreantur, & ferè per totam ætatem erogatam summam non amplius suo studio lucrari poßint. Expurgentur itaq; hæ sordes, ait Dn. D. Lansius *d. Acad. pag. 70.* & aboleantur illa pecuniarum aucupia, illa damnosa graduum inauratio, quæ ipsum gradum viliorem efficit, ut infrà *c. 24.* quærendi locus amplius dabitur: Inde Doctori, licet tempore sui Doctoratus haud faciat convivium, ad quod tenetur ex forma statuti, per hoc nihil detrahi dignitati suæ, tradit Jason *in l. 1. n. 27 ff. d. liber. & posthum.*

Caput XXII.

Quibus modis & quomodo Doctoratus probetur.

§. 162.

QUandoquidem verißimum, nullum Doctorem nasci aut de cœlo cadere, nec fronti alicujus insculptum esse, qui

Doctor insignitus sit, sicuti de nobilibus etiam refert Pruckmann *cons. 50. n. 594. volum. 1.* Nam cùm Doctoralis dignitas sit qualitas seu res adventitia, quæ naturâ non inest, nunquam præsumitur, sed probanda est, & ideò necesse est, ut Doctorem se dicens aut venditans pro tali, talem se esse probet, per tex. *in l. 1. ff. d. probat. c. cum person. d. privileg. in 6. l. non ignorat C. d. accusat.* Tiraq. *d. nobil. c. 30. n. 13.* Mascard. *de probat. conclus. 1094. n. 1.* Menochius *consil. 301. num. 2. 3. & 17.* quem probationis modum omninò requirunt & de substantialibus esse pronunciant, teste Besoldo *in dissert. de Studios. Mag. c. 10. pag. 142. sciendum est omninò, quòd cùm Doctoratus sit qualitas, quæ per actum extrinsecum acquiri solet: ea debeat ab illo probari, qui eam allegat, tùm quia onus probandi regulariter incumbit ei, qui se fundat in aliqua qualitate, tùm etiam quia literaturæ & scientiæ, cùm naturaliter hominibus non insint, haud præsumantur:* Regula enim vulgata est: Qui se talem dicit, talem se esse probet *per l. Divus 33. ff. d. re jud. c. un. §. si rusticus 3. inf. d. pac. tenend.* Thomingius *consil. 48. n. 2.* Probatio autem Doctoratus eodem modo fit, quo cætera

jura

jura omnia probantur, aut per instrumenta aut per testes: Optimus probandi ergo modus fit per instrumenta aut per literas testimoniales facultatis illius, in qua gradum quis est consecutus, Matth. Colerus *d. Process. Execut. p. 2. c. 3. n. 129. pag. (mihi) 499.* Amplifs. D. D. Joh. Georg. Bechtius JCtus & practicus eminentissimus fautor & amicus meus meritò plurimùm honorandus *in tract. de securit. & salvoconduct. c. 3. num. 227. per text. in l. Magist. ibi judicio ordinis comprobatos & l. si quis ibi: septem vel amplius judicantibus idoneus approbetur C. d. Profess. & Med. libr. 10:* vel eandem probandi vim operari putat, Colerus Matriculam facultatis illius in qua Candidati jam examinati inscribuntur, allegans autoritatem *Br. in l. 3. n. 4. C. d. agent. in rebus lib. 12.* P. Matth. VVehner *in obs. pract. verb.* Bücher *pag. 79.* Facit tex. *in c. pervenit c. 30. q. 1. l. 1. ff. d. alb. scrib. l. census 10. ff. d. probat. l. matriculam 3. C. h. t. d. agentib. in rebus. & l. probatorias 9. C. d. divers. off. libr. 12.* Alciat. *3. præsum. 17.* Mascard. *conclus. 1036. n. 1. & 2.* Pariter ac in casu quo dubitatur, num quis sit status Imperii, albo seu matriculæ creditur, Gail *1. obs. 21. n. 4.* inter illa

illa tamen duo media, prius posteriori melius est, instrumentum enim Doctoratus semper & quando volumus, ad manus haberi, & in casu necessitatis edi & proponi potest: ad matriculam verò multa viarum milliaria sæpius conficienda requiruntur, quò inspiciendi & probandi facultas impetretur: Quod si ergò aliquis Doctor impensis tot sumtibus Doctoratum obtinuit, ei ego suasor fuerim, ut discessurus à promotoribus suis omninò literas testimoniales in omnem necessitatis eventum obtineat, & hâc in parte & hanc impensam non curet: Nescit enim quando & inter quos olim opus iis habiturus sit, quas sæpius magno redimeret pretio, si eas statim impræsentiarum monstrare posset & exhibere.

§. 163.

Et quùm inconsuetum non sit, ut autores in tractationibus materierũ etiam formulas instrumentorum & documentorum, quæ ad praxin magis inclinant, adjiciant, sicuti Antonius Heringius tractatui suo de fidejussoribus elegantes formulas fidejussionum subjecit, Bartholomæus Musculus instrumenta renunciationum & unionis

prolium

prolium ceu exempla addidit tractatui de successione conventionali & anomala: VVilhelmus Antonii documenta & instrumenta suppeditavit plurima rescriptorum moratoriorum seu induciarum quinquennalium, qui *dict. tract. concl. 71. n. 5.* testatur Doctores solere suis tractatibus annectere formulas: Joh Jacobus Draco suo tractatui de origine & jure patritiorum exempla Codicillorum inseruit, in quibus patritiatus solebat conferri *libr. 1. c. 3. pag. 115.* ita rectissime me facturum arbitror, si quoq; in hac Doctoratus materia documentum seu exemplum Instrumenti Doctoralis apposuero: Possum autem citra arrogantiæ pruritum ex familia mea producere literas testimoniales & Doctorales, Magisterii & Baccalaureatus, quibus honorum gradibus avus meus Johannes VValtherus Reip. patriæ postmodum Consularis & Scholarcha: David VValtherus eiusdem Reip Senator & Curiæ tutelaris actuarius & ego condecorati fuére: Suavia autem studia illa sunt *(inquit Philostratus in Sophistis)* quæ à parentibus & majoribus insunt: meliores quoq; artes, quæ hereditario jure comparantur Zasius *ad l. 2. §. deinde n. 2. ff. d. orig. Jur.*

Jur. p.(mihi) 139. quæ duo Baccalaureatus & Magisterii literæ cum aliquid analogon cum Doctoralibus habeant, eas præmittere volui, etsi simul sint testimonia vitæ Academicæ. Sic autem habet originale instrumẽtum Baccalaureatus avo meo concessum: Chilianus Guntherus Herbipolitanus artium ac Philosophiæ Magister, Decanus Facultatis artium studii Heidelbergẽsis, cæteriq; ejusdem Facultatis Regentes & Senatores precantur omnibus, ad quos præsentes literæ perlatæ fuerint, multã felicitatẽ. Petivit à nobis doctus & honestus adolescens *Johannes Gualtherus* Rotenburgensis, ut sibi discedenti testimonium aliquod vitæ & completionis suæ impertiremur: quẽ, quia sciremus ita apud nos vixisse, ut ejus vitam vix reprehenderit ullus, sed nos in optimam de se spem vocaverit, testimonii nostri fide autoritateq; eundẽ defraudare noluimus: Nam cùm omne industriæ suæ curriculum in eo præcipuè sit elaboratum, quò sub præceptoribus suis, quos utiq; nactus erat doctissimos, quàm plurimùm non tàm in humanioribus literis quàm morum elegantiâ proficeret, nihil equidem magis officio nostro convenire duximus, atq; ut idẽ be-

 nevo-

nevolentiæ ſtudium, quod in alios eximiæ virtutis adoleſcẽtes benignè conferre conſuevimus & ipſe expectet. Proinde teſtamur præ dictum Joannem Gualtherum tertio Cal Junii Anno ſuperiori (1543.) per venerandum Artiſtici ordinis Senatum ob vitæ probitatem & eruditionem ſuam, cujus nobis ſpecimen in acerrimo tentamine præſtitit, prima Laurea coronatum: quin etiam à tempore promotionis in Gymnaſio noſtro non minori ſtudio annum adhuc integrum expectatione Magiſterii pendentem perduraſſe. Quare rogamus omnes ad quos devenerit, hunc habeant ſibi clementer commendatum: tantundem quidem gratiæ nos debere eis, apud quos hæc noſtra commendatio nonnihil valuit, ſemper fatebimur. In quorum omnium firmam fidem literas iſtas authentico noſtræ Facultatis ſigillo communivimus. Edelbergæ XIX. Cal Decemb. Anno ſalutis humanæ MDXLIIII.

(L. S)

§. 164.

Tenor documenti Magiſterialis parenti meo Tubingæ conceſsi talis eſt: Decanus & Collegium ſtudii Philoſophici in Aca-

Academia Tubingensi. Omnibus has literas cognituris salutem in Domino precantur. Benè sibi consulere sunt existimandi, qui ex Academiis rebus ita ferentibus abituri, testimonia vitæ studiorumq; suorum à Præceptoribus suis accipiunt, qui de illis verissimè testificari possunt: Quanquam enim pietás, eruditio & omnis virtus suo se lumine veluti ignis prodit, tamen hac ratione facilis apud ignotos & exteros innotescit, & illi etiam, quibus illa testimonia exhibentur, certiores inde redduntur, confirmanturque, quibus tutò fidere possint, & quorum patrocinia sine dubitatione suscipere audeant. Horum etiam è numero est honestus, pius & eruditus Juvenis Magister David VValther Rotenburgo-Tuberanus: qui cùm judicasset, nostram commendationem, cum quibus aliquot annos vixisset & quibus probè cognitus esset, apud exteros sibi non inutilem futuram, à nobis discessurus eam petiit, quam nos illi honestissimam & æquissimam petitionem pro nostra cùm in omnes honestos & ingenuos adolescentes, tùm in eum benevolentia singulari denegare nec voluimus nec debuimus. Re igitur in nostro Collegio delibera-

tâ haud gravatim testificamur, Magistrum hunc Davidem VValtherum toto eo tempore, quo in nostra Schola versatus est, ita semper vitam & mores suos instituisse, ut non modò nulla unquã ad nos de eo querela delata fuerit, sed pietatem & modestiam ejus unicè semper probaverimus. In studiis autem eam semper adhibuit diligentiam & afsiduitatem, quæ multis ejus æqualibus exemplum esse potuisset, tamq; laudabiles in artibus liberalibus & tota Philosophia fecit profectus, ut proximâ æstate institutis privatis & publicis examinibus dignum eum summo in studiis Philosophicis, quem Magisterii vocant, judicaverimus: quem etiam ei undecimo Augusti cum multis aliis honestis & doctis adolescentibus honorifico loco publicè solenniterq; contulimus. Quæ quidem omnia cùm ita verifsimè se habeant, etiam atque etiam rogamus omnes, qui has nostras literas lecturi & cognituri sunt, ut Magistrũ hunc VValtherum pari nobiscum favore & benevolentiâ complecti, ope auxilioq; suo data occasione juvare, ac quibus possint humanitatis officiis afficere dignentur. Dubio procul is commendationi nostræ

ſtræ virtute ſua reſpondebit & omnium ac ſingulorum beneficiis haud indignum ſe præbebit: & nos viciſsim omnibus ac ſingulis pari vel alio genere officiorum ſtudiũ noſtrum gratificandi paratiſsimum offerimus. In cujus rei fidem majorem literas haſce publico Collegii noſtri ſigillo muniri curavimus. Datas ſecundo die Septembris Anno reparatæ per Chriſtum ſalutis ſupra ſesqui Milleſimum Nonageſimo ſexto.

(L.S.)

§. 165.

Teſtimonium Doctorale à Facultate Juridica Academiæ Altorfinæ mihi conceſſum tale eſt: Decanus & Collegium Jurisconſultorum in Univerſitate Altorphina lecturis ſalutem plurimam dicit. Apud A. Gellium *Noctium libr. 5, c. 6.* Marcus Cato non immeritò (ut nobis quidem videtur) excandeſcit adverſus Marcum Fulvium nobiliorem, quòd milites per ambitionem coronis leviſsimis de cauſis donaſſet: nam principiò (ait Cato) quis vidit coronâ donari quenquã, cùm oppidum captum non eſſet? aut caſtra hoſtium non incenſa eſſent? Fulvius tamen, in quem hoc à Catone dictum eſt, coronis milites donaverat

ideò tantùm, quia vel vallum solùm curaverant, vel puteum strenuè foderant. Nos quoq; meritò non Cato quidem, sed quicquid usquàm est virorum doctorum & cordatorum perstringeret, si vel privilegii Augustalis Invictissimi Cæsaris Divi *FERDINANDI II.* Dn nostri Clementissimi ante annos aliquot nobis indulti, vel muneris nostri immemores & ipsi immerentes coronis, hoc est, sublimi Doctoris in utroque Jure titulo & honore collato donaremus, eoq; facto non tàm ipsos dignitate Doctorali, quam Collegium nostrum gratiâ Cæsareâ indignum declararemus. Sed benè res se habet per Dei gratiam nec quicquam tale vel Collegio nostro, vel iis, qui hunc honorem apud nos legitimè adepti sunt, metuendum est. Quos inter omninò numerandus est, qui has exhibet, Clarissimus Vir Dn. *GEORGIUS CHRISTOPHORUS WALTHERUS* Rotenburgo-Tuberanus Francus, Qui in utroq; explorationis, hoc est, Tentamine & Examine rigoroso quæ vulgò dicuntur, in disputatione item publica, quam sine Præside de Renunciatione successionum vel hereditatis, vom Verzücht Recht künfftiger Wart- und Erbschafften habuit,

buit, ita se gessit, ut summo omnium consensu supremis in utroq; Jure honoribus, privilegiis & insignibus dignus judicaretur, & eadem opera testimonium hoc promotionis publicæ, quod à nobis petiit, promereretur: Exornatus fuit publicè insignibus istis ad diem 25. Junii anni Dni M DC. XXVIII. intervenientibus præcipuè solennibus, quæ in privilegio S. Cæs. Majestatis novissimo expressa fuerunt, ut pileo phœniceo vel coccineo capiti imposito annuloq; aureo oblato condecoraretur, ut liber tàm apertus quàm clausus eidem offerretur, ut osculo exciperetur, eoq; velut symbolo in Collegium J. U. Doctorum cooptaretur, ut velut in Solio in Cathedra superiori docentium locaretur, eiq; post renunciationem Dn. Collega noster honoratissimus Doctor *ANDREAS DINNERUS* JC. Decanus p. t. Collegii &c. in nomine SS. Trinitatis benè precaretur ac gratularetur.

Hæc ocia Dn. *DOCTORI GEORGIO CHRISTOPHORO WALTHERO* virtus Jurisq; utriusque scientia cum variâ exactaq; aliarum rerum atq; artium plurium cognitione, quam in diversis Germaniæ Academiis adquisivit, conjuncta fecerunt.

Scilicet non ille vallum tantum in castris Themidis curavit, aut puteum strenuè fodit, aut ad palum cum tyronibus se exercuit; sed collato pede nunc cum Juris Candidatis exercitatissimis in Disputatione publica prælians, nunc cum ipsis Universitatis hujus Antecessoribus Juris peritissimis ancipiti certamine contracto nec diis nec viribus (quod dicitur) imparem se tot ac tantis duellatoribus ostendit, dignumq; coronâ doctorali probavit. Idem *Dn.* *Doctor Waltherus* inaugurationis hujus suæ spectatores & testes nactus est Illustres & Generosos Dominos, Dn. VVolffgang Carolum Liberum Baronem in Polhaim & VVarttenburg &c. Dn. Georgium Ehrenreich Lib. Baronem ab Eybisvvald &c. Nobilissimos, Amplissimos & Prudentissimos Dn. Ulricum Grundherren Septemvirum, Dn. Georgium Christophorum Volckamer, & Dn. Johannem Fridericum Löffelholtz/ &c. omnes & singulos Scholarchas & Senatores inclytæ Reipubl. Norimbergensis, Dominos nostros colendos: Amplissimum & Consultissimum Virum Dn. Conradum Christophorum Scüter J. U. Doctorem & Imperial. Reipubl.

Roten-

Rotenburgensis ad Tubarim Syndicum & Consiliarium &c. Præstantissimum item & spectatissimũ Virum Dn. Johannem Mezlerum Præfectum utriq; Monasterio ibid. Vitricum suum, præter alios plurimos Magnificos, summæ auctoritatis & fidei viros hospitesq; honoratissimos.

Nos quidem pro eo ac debemus de susceptis honoribus prædicto Dn. GEORG. CHRISTOPHORO WALTHERO ex animo gratulamur, Deumq; Optimum Maximum veneramur, ut novum hunc Doctorem nostrum bono Reipubl Christianæ & patriæ suæ dulcissimæ quàm diutissimè sospitem conservare, & ad ea, quæ porro ipsi tacitis votis destinavimus, virtutis ac doctrinæ præmia uberrima doctis bonisq; omnibus applaudentibus perducere dignetur. In quorum omnium fidem tabulas has Testimonii promotionis publicas à Nobis subscriptas signo insuper Collegii nostri communiri jussimus. Signabatur die supra scripto XXIX. Junii, Anno Redemptoris nostri unici M. DC. XXVIII.

Andreas Dinnerus D. primarius & Cod. Professor Altorphij, Consiliarius inclytæ Reipubl. Norimberg. p. t. Decanus subscripsi m. p.

Erasmus Ungepaur D. & PP. in fidem subscripsi.
Ægidius Agricola V. J. D. manu propria subscripsi.
Johannes Gerhardus Frawenburgius V. J. D. in fidem subscripsi.
(L. S.)
§. 166.

Quod si quis privilegium amisit, vel nullum exegit promotionis suæ publicum documentum, tunc testibus probandus erit Doctoratus, qui actui interfuerunt, per *l. si solennib. C. d. fid. instrum:* vel si quidem privilegii literas habeat, sed eæ non penes se tum temporis, quùm iis opus habet, existant, etiam ad testes recurri potest, Joseph. Mascard. *d. probat. vol. 1. conclus. 527. n 11. & 12.* Tenentur autem illi testes accuratè de circumstantiis deponere, scire enim debent & tenentur 1 quòd ille Doctor, cujus testes esse volunt, fuerit legitimè examinatus, nam in facienda Doctoratus probatione non sufficit simpliciter probare talem esse Doctorem, sed opus erit probare illum fuisse factum Doctorem per solennis examinis viam Fulv. Pacianus *d. probat. l. 2. c. 41.* Mascard. *d. l. n. 13.* (2.) Requiritur etiam in

in hisce testibus, ut deponant de loco & tempore, ubi Doctoratus actus habitus est, tempus enim hîc de substantia probationis est, & ideò per testes probari debet, quod si verò testes dicant se non recordari de tempore, efficiuntur suspecti. Guid. Papæ *decis. 544.* (3.) Necesse est, ut testis deponat, se vidisse adhiberi ceremonias solennes, ut Doctor in locum eminentiorem seu cathedrã sedere jussus fuerit, ut birethum in signum splendoris capiti ejus impositum, ac quòd liber in manus ejus traditus fuerit: Signorolus de Homodeis *cons. 51.* putat has solennitates non esse de substantia Doctoratus, ideò non necesse esse, ut testis de illis adhibitis testetur: sed errat, nam suprà *§. 152.* demonstratum est, birethi impositionem, cathedræ possessionem & libri traditionẽ esse de substantialibus Doctorum, adeò ut qui hisce solennibus non mactatus fuerit, is Doctoris titulo legitimè uti non possit, in quo consentientem habemus antiquitatem prudentissimam, hoc verum largimur esse, hæc insignia non efficere Doctorem, sed saltem probare, ideò de substantia probandi Doctoratum est, hæc solennia fuisse adhibita, Mascardus *d. l. n. 15. 16. & 17.*

Et

Et quòd Doctoratus per testes probari possit, procedit saltem in Doctoribus à Collegiis creatis: Doctores verò bullati & unico verbo ab Imperatore aut Pontifice summo creati tenentur per literas Doctoratum ostendere, quùm aliàs eis nulla fides habeatur: unde legatum alicui relictum, cum erit Doctor, efficax tùm erit, si mediante examine Doctor creatur, non si à Papa vel Imperatore unico verbo Doctor renunciaretur, utpote qui absq; examine honoris causa tales salutantur, adeò hinc perspicere est testibus illos parum proficere, nisi privilegium Principis in scriptis exhibere posśint.

§. 167.

Sed de testibus & hoc incidit, quot sufficiant ad testimonium Doctoratus? Jason *ad l. hujusmodi §. legat. n. 17. ff. d. legat. 1.* unum sufficere putat, sed quùm hæc assertio directò sit contrà *l. jusjur. 9. C. d. testib.* vix est ut eam tueamur, sed requirimus ad minimum duos, arg. *c. unic. §. 1. si de invest. in dom. & vasall. 1. F. 26.* ubi enim numerus testiū expressus non est, duo sufficiūt *l. ubi numerus 12. ff. d. testibus*, Gail. *2. observat. 149. c. videatur 3. ibi unusquisq; suam genealogiā cum testib. extra qui matr. acc. poss.*

Ma-

Mascard. *d. l. n. 17.* Benius *d. privileg. JCt. p. 1. priv. 11. n. 13. in fin.* ita distinguit, si incidenter solùm de Doctore quæratur non data oppositione adversarii, fortè unum testem cum juramento suppletorio sufficere: quòd si verò de magno præjudicio alterius ageretur, e. c. si in casu prærogativarum expectantium, ubi forte ex statuto graduatus non graduato præferendus, tùm Doctoratus gradum vel per literas probare teneretur, vel per testes, plures autem uno:

§. 168.

Illud certum est, temporis beneficio Doctorem neminem effici, licet talis nunquam legitimè creatus per multos annos se gesserit pro Doctore, nec satis est, si quis per longum tempus pro tali putativè habitus sit, Mascard. *d. probat. dict. conclus. 527. n. 3. & seqq.* gradus quippe Doctoratus præscribi nequit Bertaz. *inter consil. criminal. libr. 1. consil. 91. n. 36.* Joh. Cephalus *cons. 170. n. 18.* Bullæus *discurs. Academ. 2. append. 14.* sicut & sola præscriptione minimè quis decurio fit, qui secundum leges decurio non est creatus *l. Herennius 50. ff. d. decurionib.* & nemo statum servi mutat, qui illicitè atq;

impro-

improbè adſpiraverit ad civiles honores, *l. non mutant 11. C. d. liberal. cauſ l. 2. C. ſer. aut libert. ad decuri:* eſt enim talis ſemper in mala fide, quæ impedit præſcr ptionem, Beſold. *in diſſert. de Studioſ Magiſtr. n. 10. p. 142.* Juramentum adjicit Matthias Colerus *d. proceſſ. executiv. p. 2. c. 3. n. 129.* in ſubſidium quaſi, ubi ait: probari qualificationem Doctoratus aliis documentis deficientibus per juramentum Doctoris aſſeverantis ſe talem eſſe: quod notandum eſſe ait contra eos, qui veniunt ex peregrinis oris & nationibus, allegando ſe ibi conſecutos licentiam, illorum aſſertioni non adhibetur fides, niſi allegatam qualitatem probent ſuprà dictis modis aut ſaltem per ſuum juramentum. Per communem opinionem aut famam quidam putant Doctoratum probari, ſed fragilem eſſe probationem, & neminem eâ contentum fore crediderim: neq; ſequitur, hunc vel illum habent pro Doctore aut nominant Doctorem, E. eſt Doctor: Experientia enim teſtatur, multos ironiaś cauſa & per contemtum Doctores vocari, qui nullo modo Doctores fieri poſſunt, ſic Medicos empiricos ſolemus nominare Rüße doctor, Titulis

non

non probatur Doctoratus aut alia dignitas, verba curialia & jocosa nullam inducunt probationem, nec obligationis nec dispositionis vim habent, Marpurg. *conf. 23. n. 3. volum. 2.* verba ad complacentiam prolata serviunt de vento & nullam obligationem inducunt, Boer *decis. 153. n. 37.* Zach Victor *d. caus. exemption. Imper. n. 37.* Dn. D. Jacobus Synzius Affinis olim meus p. m. *d. protectionis Jure num. 23.* D. Limnæus *l. 4. d. Jur. publ. c. 7. n. 75.* Obstat quidem *l. si mater 6. C. d. stat. def.* ubi fama ferè nihil aliud est, quàm communis omnium fides: Resp: enim id in antiquis & quæ memoriam hominum cedunt procedere, ibiq; famam plenè & sufficienter probare, Forster *4. d. success. 9. n. 20.* Doctoratus autem personale quidpiam est & in uno subjecto certo hærens accidens, quod homines facilimè latere potest.

CAPUT XXIII.

Quibus modis Doctoratus impediatur vel minuatur.

§. 169.

HActenus ad satietatem usq; versati sumus in Doctorum exædificatione, & do-

& docuimus, quomodo, per quos, à quibus Doctoratus acquiratur & feliciter conservetur: methodi ratio nunc suppeditat, ut etiam investigemus, contraria Doctoratui seu illa obstacula, quæ vel impediunt Doctoratum vel minuunt, dedecorant & pessimè obscurant, imò planè amittunt & tollunt: De obstaculis impedientibus & dedecorantibus hoc capite, de amittentibus & tollentibus capite sequenti & ultimo agemus. Quibus autem modis Doctoratus impediatur, ex superius traditis *in c. 6. §. 20.* liquebit, ubi unico verbo probatum fuit, ex indignitate impediri Doctoratum: Indignitas autem multiplex est, vel descendit ex infamia & illegitimis natalibus, unde spurios suo modo exesse jussimus, ut & lictorum, excoriatorum, vespillonum & agitatorum filios, vel descendit ex ætate infirmiori, quo respectu minores & adolescentes suo etiam modo exclusi fuerunt: vel venit ex professione inæquali, quo pacto Judæos seposuimus: vel ex insufficienti doctrina, & ideò ignaros & indoctos meritò à limine Doctoratus arcemus, quos versiculis hisce inclusimus:

Absint

1 Absint lictorum nati, 2 Spurij, atq; 3 minores
4 Judæi. quis deest 5 nectar & Aonium.

HIsce adjicimus alios ejuſdem ſortis, & quidem illos qui malis artibus doctrinam ſibi compararunt, quales ſunt αὐτο διδακτοι pravi, & didactici ἰδιογνώμωνες Ratichiam Ravennates &c. 2. Qui ex memoria locali artem ſe hauſiſſe gloriantur. 3. qui ex cabala & Magica arte ad eruditionem ſe pervenisſe jactitant 4. qui ſpiritibus familiaribus doctrinam ſuam adſcribunt. Hi enim non ordinario & divinitus mandato & inculcato labore, ſtudio & ordine ſanctuarium artium ingrediuntur, ideò & meritò ab honoribus doctoralibus, qui multo conſtant labore exterminandi & nullo modo admittendi ſunt: Et quidem illi primò didactici putativi, quùm nunquam hactenus ipſorum promiſſis eventus reſponderit, meritò deridētur, & ut ſeductores contemnuntur: Localiſtæ illi & qui memoriam artificialem jactitant, non ſolidam eruditionis laudem unquam reportarunt, quùm iſta arte putativa, memoria potiùs conturbetur ac opprimatur, quàm adjuvetur, teſte

Quintiliano *lib. 11. Instit. Orator. c. 2. pag. 173.* ubi de Metrodoro (memoriæ localis magistro & propagatore, Inventorem enim Simonidem statuunt) in duodecim signis Zodiaci trecenos & sexagenos sibi locos imaginante loquitur : Vanitas ac jactatio circa memoriam suam arte potius quàm natura gloriantis: Equidem hæc ad quædam prodesse queunt, ut si rerum nomina multa per ordinem audita reddenda sint: Minus idem proderit in ediscendis quæ orationis perpetuæ erunt: Nam & sensus non eandem imaginem, quàm res habent, cum alterum fingendum sit, & horum tamen utrumq; comonet: sed sermonis alicujus habiti verborum contextus eadem arte quomodo comprehendetur? mitto, quod quædam nullis simulacris significari possunt ut certæ conjunctiones : Habeamus enim sanè certas imagines omnium & loca scilicet infinita, per quæ verba prolixæ orationes significentur ut meminerimus etiã omnia quasi depositorum : Nonne quidem impediri eorum quæ dicit decursum necesse est duplici memoriæ causa : nam quomodo poterunt copulata fluere si propter singula ver-

verba ad singulas formas respiciendum erit? quare qui utuntur hac exercitatione sibi habeant sua. Nos simpliciora sequemur. Videatur ulterius Keckermannus *in curs. philosophic. disp. 19. p. 547.* Dn. Limnæus *amicus noster magnus l. 8. de jur. publ. c. 6. n. 60. & 61.* Quod Cabalistas attinet, est eorum ars mera superstitionis raspodia & nominum Dei sanctissimorum blasphema profanatio nulloq; modo eum finem obtinere potest, quem gloriosè illius cultores promittunt: At qui quarto loco in auxilium vocant nigros Doctores, ji omnium maximè evitandi, societate Christianorum eliminandi, & relegandi. Hi enim impia curiositate, & inerti laboris fuga, ut subitò fiant doctores, non per januam divinitus ostensam, sed à Sathana monstratam pseudothyrum in arcem scientiarum irrepturi, nescio quos sibi spiritus in familiaritatem adsciscunt, eosq; vel annulis inclusos, aut thecis vel speculis inditos atq; chrystallis, alios item aut perpetuò secum circumferunt, aut cùm opus est alliciunt & accersunt ex compacto conventoq; quo modo Numa Pompilius genii cujusdam cōmercium familiaremq;

congressum adeptus divinarum rerum Ethnicæ religionis peritissimus evasisse dicitur: De tali spiritu etiam loquitur Seneca *in Theog.* adest mihi divina quadam sorte dæmonium quoddam, quod à prima pueritia me secutum est: Bodinus *lib 1. dæmonomanias c. 2.* concedit quidem fieri hoc posse salva religione, afferens ejus rei historiam hominis viventis adhuc, cum ista scriberet: Sed nos eos penitus exulare jubeamus 1. quia repugnat pietati & nomini Christiano, quod vanitatem Magicam cane pejus & angve detestari debet, utpotè exitium æternum accelerantem: 2. quia non ad perfectionem viam hic spiritus malignus patefacit, sed suos clientes falsis consiliis deludit, & nil aliud, quàm fallere, mentiri, nocere suppeditat: Et de his illegitimis modis eruditionis parandæ ex professo solidissimè disseruit. Vir incomparabilis Dn. Berneggerus *in Orat. Magistror. promotor. 1619. ubi plura ad assem refictata reperire licebit, quæ quidem hactenus typis publicis data fuit, Ubi fol. 39. Oratio incipit, & fol. 76. desinit.*

§. 170.

Hisce non absimiles sunt, qui quidem non

non malis artibus, ſed tamen non honeſtis modis ad *Doctoratum* adſpirare nituntur, quibus aurum eſt ſcientia, & qui Doctoris titulum auro mercati vel corruptela nummaria ſeu coëmptione acceperunt Menoch. *d. arbitrar. Jud. qq. caſ. 379. n. 12.* Rol. à Valle *conſ. 66 n. 41. lib. 1.* Sed hoc tempore nihil facilius, quàm Doctoris titulum adipiſci eumq; nummis etiam in Academiis comparari obtineriq; poſſe jam olim conqueſtus eſt Mynſingerus *in § reſponſ. prudent. n. 5. J. de J. N. G. & C.* quod falsò etiam notavit Fridericus Taubmannus Poëta Germaniæ ſine pari *in Epigram:*

Doctor palmare eſt; ſed depalmandus uterq; eſt.
Qui DOCTOREM *auro vendit, emitq; ſuum.*
Doctrina & virtus pretium eſt quod Doctor ematur.
Si res argenti eſt Morio Doctor erit.

Ejuſmodi aurei *Doctores* poſtmodum ſe ipſos ſoticis inſtar produnt & in ſummam cladem præcipitant dum neq; vocationem ſua eruditione mereri, nec ſtatum digno modo repræſentare poſſunt, quis

ergò ipsis ausurus est privilegia doctoralia attribuere : Adeò ut exclamandum sit cum Rebuffo *de privil. scholar. priv. 49.* Hodie nil sibi gravitas, nil industria vindicat, totum auri prophanus amor obtinet, hodie honor vitia remunerat, & ad locum ultoris seu judicis is, qui fuerat puniendus, adiicitur *c. fertur. 1. q. 1* non scientiæ visus sed stultitiæ risus non puritas manuum, sed quantitas munerum confovetur, & non virtutes, sed vestes ad insignes honores & utilitatis officia promoventur, contra text. *in L. unic. C. de Annon. civil. lib. 10.* nec potest dici virtus quæ à præmio sequestratur juxta Cassiodor. *lib. 1. Epist. 3.* Hodie in plerisq; Academiis non à Doctoribus, sed à nummorum aucupatoribus, nec in scientia sed in marsupio, quid possint examinari, conqueritur Andr. Alciatus *in prax. Jurisp. titul. de Advocato pag. 64.* & Dn. Limnæus *l. 8. de Jur. publ. c. 8. n. 5.* Utinam hodie quoq; nostri ubiq; Candidati non argento sed scientia instructi gradus dignitatum sectarentur & illi quibus ab Imperatore hæc obtigit benignitas, dignitates Academicas ut possint conferre aliis, sordes & munera in vicem

cem eruditionis non admitterent, melior ubiq rerum futura facies nec stulti melioris conditionis quàm periti conspicientur, sed quam variè hîc peccetur notorium est & jam olim à multis censoria notatum virgula:

Dignus & indignus pariter nunc ambit honores,
Atq; ablativus casus utrumq; beat.

Equidem Itali sibi laudi ducunt si accipiant pecuniam & mittant asinos in Germaniam: Lansius *in Orat. de principatu pro vinciar. pag. (mihi) 608. in med.* In Gallia verò Cãdidati non inscientia, sed in marsupio quid posśint examinantur Damhouder *d. patrocin. pupill. c. 2. n. 17.* & in Italia professores, fisci locupletandi studio, Doctores creant Simon Majolus *Tom. 2. Dier. Canicular coll. 6. pag. 362.*

§. 171.

Sed veniamus ad alteram capitis hujus partem & ad illa obstacula Doctoralem dignitatem valdè minuentia & obscurantia, ubi dispiciendum inter alia est quæ minuant Doctoralem statum & Doctores in specie. Statum doctoralem in ab-

ſtracto dedecorant & valdè obfuſcant 1. indignorum, imperitorum & ignorantium creatio. 2. multitudo etiam dignorum 3. ſeculi hujus calamitas. Et quidem cur hodiernis temporibus Doctoralis ſtatus evileſcat vel inter omnes cauſas prægnantiores illa collocanda primò, quod indignis ejuſmodi honores conferantur, & conferantur indiſcriminatim petenti cuivis, adeò ut inter mille vix unus repulſam ferat, indè impoſsibile judicant cordati, omnes illos qui nomina ſua profitentur, dignos eſſe poſſe, qua propter ſuadendum illis, qni ex privilegio Cæſareo diribitores ſunt harum dignitatum, ne tot & tam multos promotiones annuatim repetant neq; ſine diſcrimine dignos & indignos, doctos aut parum doctos admittant, cavebunt hoc modo, ut doctoribus reliquis ſuus honos melius conſervetur, & non in omnibus angulis Doctores latitent., qui nec panem nec offa mereri, imò heſterni juris repotia vix acquirere poterunt. Atq; ut non ex mea imaginatione & curioſula præſcriptione hæc dicta videantur, graviſsimos doctores in teſtimonium advocabo, qui una-

unanimem mecum alunt sententiam D. D. Fridericus Prenninger *ad c. super eo 2. de testibus in addition. l. c. pag. 153. ait*: Consecutio hujus dignitatis hodiè perfacilis, quotidiana vulgaris & nimis frequens, imò vilis ferè & objecta esse cœpit, adeò ut etiam personæ infames & qui labe natalium contracta laborant ad eam sine discrimine ferè admittantur, quâ ratione factum ut nobiles pariter & ignobiles doctoratus insignia & titulos nauseando fastidire cœperint. Dn. *Berneggerus* quem virum sine summa laude nemo nominare debet ob summam & rarissimam eruditionem qua omnibus absq; pari profuit *in Observationibus suis historico politicis publicè perlectis Obser. 1. eadem habet*: Cæterum (inquit) honoribus quoq; Scholasticis ac literariis, quos gradus appellant, idem accidere videmus ut nimium vulgati vilescant: Unde mirandum non est gradus scholasticos hodiè non æquè magni fieri ut olim, cum & Viri Principes Illustres, Nobiles iisdem ornari gauderent. Quibus calculum adiicit Rev. Dn. D. Iohannes Schmidt Theologus ætate nostrâ judicio & synceritatis laude mul-

tos præcellens *in laudatione funebri D. D. Thomæ Wegelini Theologi gravissimi*: Suffurantur, ait, quidam interdum, quæ custodum Academicorum est conniventia, Doctorum titulos & insignia, quibus mirè inter imperitos superbiunt, sed rident has vanitates cordati, in quorum conspectu insulsi illi Thrasones ad res serias instar ranarum Seriphiarum obmutescunt: Hinc nascuntur tot periculosæ Reipub. literariæ inclinationes, quas nisi pestilentissimo morbo maturè medicina adhibeatur, mox justo Iudicis DEI judicio ipsa ruina excipiet. Doctorellorum infinitus est numerus ait Vincentius Carocius *l. 2. tit. 9. n. 39. d. com. opin.* quisc. studuêre solùm in titulo de ignorantia Juris & facti: quiq; necessitati comparari possunt quæ nescia est legis. Extat apud Georg. Valent. Wintherum *l. 1. part. litig. c. 11. n. 7.* Festivus in quosdam *Doctorellos* lusus:

In Institutis comparo vos brutis,
In Digestis nihil potestis
In Codice scitis modicè.
In Novellis comparamini asellis.

In

In den Reichs Abscheid/
Seyd Ihr nit kommen weit.
Et tamen creamini Doctores ô tempora! ô mores!

Vocantur per contemptum tales inepti Doctores, Silentiarii, legumq; Secretarii: Siquidem habent omnia jura in scrinio pectoris, & audiverunt illa in confessione, quam nefas fuerit aliis revelare. Et ejusmodi *Doctores* dolores dicuntur Angel. *in l. 1. §. pueritiam ff. de postuland.* Bartolo non videntur doctores nisi nomine *in L. athlet. ff. de excus. tut.* Gregorio XIII. Pontifici Max. sunt Doctorati potius, quàm Doctores. Dic mihi (ait) utrum Doctor sis an doctoratus, ad hoc pauca ad illud verò plurima, quorum tamen fortè nihil habes, requiruntur. Dn. Lansius *Orat. contra Italiam pag. 608.* Doctores moneta tonsa, id est, sine literis: Doctores die deß Macherlohns nit werth seyn Lansius *d. Acad. pag. 85. in marg.* qui porrò hæc habet: *D*ignus ubi & indignus simpliciter ablativos adsciscunt, honores vilescunt, at jam multis in locis ea viget cœca honorum profusio, ut Doctores inveniantur sic miserabiles, inepti & inanes, ut bonus

bonus paterfamilias vix tanto pretio emeret graduatos tales, quanto isti titulos emerunt: Verba Casparis Boëtii Hispani *in tr. d. inope debitore c. 16. n. 136.* Omninò ponderanda & observanda sunt: Solennia, ait, Doctorum & Licentiatorum non professione vel eruditione sed pecunia quæruntur: Nemo enim offert pecuniam cui non detur Doctoris titulus: at non omnes eruditionem habent ad perlegendum publicè: adversus hanc morum scabiem & ad perpetuam confusissimamq; confusionem talium Doctorculorum tradit Hippolytus de Marsiliis *in tr. de Bannitis verbo Commissarii*, promotum ad lecturam qui reperiatur indoctus posse privari & etiam degradari à Doctoratu, & laudat Episcopum quendam Capuanum, qui suo tempore revertentes à studio cum privilegio Doctoratus faciebat iteratò examinari & indoctos repertos, tanquam indignos & non merentes privabat dignitate doctoratus, dicendo tales esse bufalos, vel honestiori verbo, oves & boves & pecora campi & Legum dolores proditores, assasinos atq; venalitiarios, quippè qui vendant leges non quas habent,
sed

ſed quibus non ſunt digni, veluti rem alienam furtivè & peſsima fide ipſaſq; pretio nummario dehoneſtent.

§. 172.

Indignitas obſcurans Doctoratum largè ex *Dd.* indicata, probabitur etiam de multitudine, & in ſpecie de doctoribus legum conqueritur D. *D.* Fridericus Prenninger *ſupra d. loc. n. 7.* Ad juris ſtudium quod attinet, ſummo ſemper in honore habitum, ut loquitur Cicer. *1. off.* laborandum eſſet ne non tantùm perſonæ infames, ſed nec etiam nimia & in condita aut iners multitudo doctorum artem ipſam redderet exoſam vilem atq; abjectam: id quod hodie fieri videmus & longiꝰ magis experimur artẽ hanc tam ſplendidã nulliꝰ ferè æſtimari velle vel pretii, vel authoritatis imò prorſus peſſum premi. Olim à Iure conſulto prognatum eſſe, ſummæ laudis loco ponebatur, id quod teſtatur Zaſius *ad L. 2. §. Ergò Sabino ff. de O. J.* hodiè etiam Mechanici quidam interdum præponuntur: Olim Juris Conſul-

fultorum domus oraculum erat Civitatis Cicer. *lib. 1. de Orat.* hodie mercenarium officium & servitium apud non nullos repræsentat.

Doctores multos angulus omnis habet, & multitudo doctorum graviter nocet ait Iurga Valent. Winther. *l. 1. parth. litig. c. 7. n. 35. pag. mihi 111.* ad eundem modum ficuti prifco feculo facerdotum multitudo eos contẽptibiles fecit & paucitas diaconos honorabiles *per c. legimus 24. fed dicis in med. dift. 93.* fic multitudo Doctorum etiam optimos & peritifsimos contemptibiles reddit fcribit Herm. Latherus *lib. 2. de cenf. c. 7. n. 75. fol. 350.* cum quo confentit accuratifsimus JCtus D. Reinking. *d. Reg. fec. lib. 1. cl. 5. cap. 11. n. 43. & 44.* Doctorum contemtus à male feriatis hominibus ex multitudine *Doctorum* videtur defcendere cùm juxta proverbiũ omne rarum charum vilefcit quotidianum *c. fi officia. dift. 59. & c. legitimus dift. 93.* Quot quæfo una Bafilea intra fpatium non ita magnum Doctores Iuris & medicinæ promovit ! tot certè, qui non Germaniæ folùm, fed Italiæ, Galliæ imò pluribus Regnis fufficerent; Samuel Grynæus

næus J. U. D. promotor & professor Basileæ solus ultrà trecentos sexaginta promovit Doctores teste Melch. Adami *in vitis JCtor. pag. 338.* Felix Platerus Medicus doctissimus toto professionis suæ tempore Medicinæ doctores Centum atq; sexaginta renunciasse perhibetur Jac. Burckhardus *in Orat. parentali*, & D. *D.* Leonhardus Wurffbain *de septenario numero fol. 200.* & ut nimietas hæc graduum scholasticorum etiam in inferioribus deprehendatur, notavit D. Wolffg. Franzius in *Orat Jubil. Acad. Witebergæ anno 1602.* Wittebergæ intra centũ annos à Philosophico Collegio lauru Magisterii quater mille quadringentos & triginta quinq; studiosos donatos fuisse, aut si calculum sequimur Taubmanni *in Hercul. Academ. anno 1609. edito* 5184. *V*nicus Martinus Crusius renunciavit Baccalaureos & Magistros 330. teste Melch. Adami *in ejus vita.* Exquibus quisq; judicium suum facilè depromere poterit, ut seculo superiore *D*octorum defectu ita jam eorum copiâ laborari-

§. 173.

Seculi nostri calamitas & instans barbaries,

baries, ob nimis diu continuantia belli minimè bella Doctoralem dignitatem tantum non evertunt & annihilant. Dum enim Doctores utpote ad togam & pacis studium destinati à militibus non gregariis tantùm sed cum primis majoris officii, ductoribus & præsidibus exibilantur scopticé & sarcasticè traducuntur & miris modis exagitantur, bonis & fortunis miserè exuuntur, tempusq; ipsum belli calamitatibus implicitum vocationis suæ munia pessundat & uno ictu prosternit, certè ipsa dignitas, status & honor doctoralis jacturam irreparabilem patitur, ut jure ingeminari posſit cum Tibullo *lib. 1. epigr. 4.*

Heu malè nunc artes miseras hæc secula tractant.

Conqueruntur de hoc miserrimo Doctorum statu duo præclara Hassorum lumina D. Reinking. *lib. 1. cl. 5. de Regim. sec. & Eccl. c. 11. n. 43.* Hodie à quibusdam justitiæ & humanioris literaturæ Osoribus non rarò extenuantur & deprimuntur juris sacerdotes, tamen hoc spectandum potius est, quod summus Imperator & universi Imperii proceres & prin-

cipes

cipes de hisce [illegible] iteratis constitutionibus pragmaticis constituerint, quàm quod hic vel ille Tarasso aliq; poculorum remiges de iisdem sentiant: Et D. Wilhelmus Antonius amicus noster heu nimis maturè Jurisprudentiæ & Cameræ denatus, ubi cum summa laude Assessor illius lectus & electus fuit *in tr. de [illegible] script moratorum, cum lib. [illegible] 28.* Ubi ait: Doctores & professores autem bello hoc funestissimo adeò divexantur, opprimuntur, concutiuntur, ut dispereant, [illegible] quid contingere molestius, ubi in universum iniquitas & injustitia omniaq; id genus vitia alia altas egêre radices, econtra probitati, pudori, virtuti, rectis studiis, bonis artibus nihil est loci, adeò ut si unquam, verum extitit inter arma leges silere, ut loquitur Cicero *in Orat. pro Milone,* Quibus addo alium natione Bavarum D. Caspar Manzium post hæc modo scripta visum *dec. 3. patrocinii debitorum q. 7. n. 118.* Doctorum ait, conditio deterior ferme est conditione [illegible] Opificum: Illi enim ubi & quando volunt sedem sibi locant, artem suam exercent, & quotidie ex operis suis, si non lucrum, sal-

tem lucellum quærunt, sed Doctores post consumptum in studiis totum patrimonium post operam egregiè in scholis præstitam sæpè duos, tres & amplius annos terunt, antequam ad officium assumantur. In foro stant otiosi & nemo eos conducit, januas magnatum pulsant, & nemo illis aperit, ut sæpè cogantur togâ relictâ sago se circumdare & castra sequi (ut accidit pluribus è meis discipulis) vel quod miserorum & depauperatorum refugium est, præmaturas celebrare nuptias, atque uxores quæ aliâs parum placent propter solas pecunias ducere, quarum beneficio valeant, deindè ad dignitates, honores & officia evehi.

Sed soletur nos, literarum studia hactenus sub cineribus delitescentia postliminiò aliquandò restituenda honori, & literis & literatis majori ocyus gloria rediturum esse, & quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitatem sopiturum ut loquitur Justinianus *in L. unic. in pr. C. de caduc. toll.* Et cogitemus peccatis nostris hanc maledictionum segetem divinitus immissam. Quæ enim in pace læta sunt & florescentia, plerumq; bellum abro-

abrogat, quæ in bello, pax: Pax enim dum redeat & redibit doctoribus suus honos, gratia & fœnus largum: E contra illis Tironibus & doctis omnibus legibus ad stupam unde orti sunt redeundum erit: hinc solum summam Maiestatem orantes, ut protectionis suæ specialis vis non tantum togatos sed & milites togatos cõplectatur, quùm non modò armis decorata sed & *Legib'* vel maximè armata esse debeat, ut ita utrũq; tempus pacis & belli, omni loco possit gubernari, Princeps Romanus non solum hac triumphator sed & juris religiosissimus, ut *in proœm. Inst.* loquitur Iustinian' Idem initio *t. de Justinianeo Codice confirmando* habetur, ubi summa Reipubl. initio de stirpe duarum rerum armorum scil. atq; legum veniens felix Romanorum genus omnibus ante poni nationibus omnibusq; gentibus dominari, tam præteritis effecit temporibus, quam DEO propitio in æternum efficiet. Istorum enim alterum alterius auxilio semper eguit, & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsæ leges armorum præsidio servatæ sunt: parum quippe est, arma esse foris, nisi consilium sit domi.

§ 174.

Quæstionis valdè familiaris in hac
Q. 103. materia est, an doctoralis dignitas nobilitatem offuscet? quemadmodum hactenus ea indicavimus obstacula, quibus doctoralis honor obscuratur, ita è contra verso nunc ventilanda erunt ea quibus doctoralis dignitas molesta & perniciosa esse judicatur. Negatur autem quæstio proposita ἀπονόμως & nemo nisi barbarus dubitabit ait Besoldus *de Jure Civium differt. 2. c. 10. n. 7.* Extant autem quatuor orationes in specie de hac quæstione habitæ a Wolffgango Grünlingio Profess. Erphordiensi, Arnoldo à *Rayger* professore tumlenensi, Hermanno Kirchnero professore Marpurgensi, omnibus I. U. Doctoribus, conjunctim autem editæ *Spiræ* anno 1618. quarta est Ioachimi Mynsingeri Helmstadii recitata & ab Everhardo Speckhan, *Centur. 1. q. 150.* inserta; quibus quintam adiicere possumus Marci *Lyclamæ* à Nienhold auspicatoriam in Acad. Franckerana. & hanc sententiam tanquam indubiam plurimis defendit Matth. Stephani *lib. 3. d. Jurisd. p. 2. c. 14. in fin.* Dn. Limnæus *l. 8. d. Jur. publ. c. 8.*

c. 8 n. 114. Nolden *de statu Nobilium c. 13. d. fin.* Amplifs. Dn. D. Ioh. Christoph. Uhalen fautor meus pl. colendus p. m. *in discurs. histor. politico, de sensu illius legis Scævol. in L. 2. §. 43. d. O. J.* Dn Martinus Zeillerus, quem Altorphi benevolum expertus sum *in Comment. supra Theatr. Trag. Francisc. de Rosset. hist. 8. vol 290.* Thomas Lansius *de Academ. pag. 85.* ubi habet: *Nobilitatem & doctorarum præ*mia proposita fuisse olim armati & doctrinæ & tam venire nobilem ad Doctoratum quàm *Doctorem* ad nobilitatem cum laude potuisse adspirare, neutra dignitate alterius splendori & luminibus officiente: Ideoq; Ioachimus Mynsingerus JCtus qui ex Helvetica veteri nobilitate, quæ cum aliis familiis antiquis, post Leopoldi Austriaci cladem, ejecta fuit, stirpem ducebat; cum animadverteret uxorem suam illibenter audire, si quis ipsum vocaret vel *Doctorem* vel Cancellarium: gratissimo tamen ille animo hosce titulos amplexus, prudenter dicere solitus fuisse fertur: *Nobilem Equitem a Doctore & Cancellario esse servatum & quasi post liminiò reductum*, ut notavit Her-

manu Kirchnerus *de offic & dignitat Cancellarii lib 3. c. 3. n 92. & 93.* quæ de Georgio Fiscello Imperatoris Sigismundi Cancellario diximus in re consimili, supra repetere *c. 9. §. 53.* licebit: videtur quidem hoc negare Durus di Pascolo seu Everhardus à Weyhe *in Aulico Politic. regula 511. edition. postrem.* ubi putat nobili, Doctoris gradum habere non esse consultum nec conducibile: sed eadem ferè responsio huc adaptari potest, quæ supra *c. 2. §. 5.* tradita fuit: Ideò enim dissuadere videtur, quod Nobili Doctoris titulo gaudenti, plura negotia expedienda tradantur: Rationes ergò quare doctoralis dignitas nobilitatem non dedecoret sunt hæ (1.) quod dignitas dignitati addita priorem non aboleat, sed augeat & illustriorem efficiat: Duo enim vincula arctius ligant uno *§. sed hodier. 2. J. de adopt.* Dignitas accedens priorem conditionem non mutat *L. senatores 11. de senatoribus, ubi dicitur:* dignitatem domicilii adjectionem potius dedisse quam permutasse videri, quod Zasius *ibid. n. 7.* exemplificat in exemplo longè minori: Si notarius factus fuerit Doctor, non desinit esse notarius,

nius, ut si forte dignitati exueretur, Norm-
ri conditio gradum teneret. Pulchra sunt
quæ habet Seneca *lib. 3 de benefic.* Eadem
inquit omnibus principia eademq; origo
nemo altero nobilior, nisi cui rectius in-
genium & artibus bonis aptius: qui ima-
gines in atrio exponunt & nomina fami-
liæ suæ longo ordine ac multis stemma-
tum illigata flexuris in prima parte ædium
collocant noti magis, quam nobiles sunt:
Atq; à primis temporibus, ubi Roma flo-
rere cœpit (2) demonstrari potest, nobi-
les Romanos in summis laudibus habuisse
si non modò ipsi Iuris peritiam adepti fu-
issent, verum etiam si à ICtis essent pro-
geniti, sicut longa serie probat Ioach.
Mynsingerus Nobilis & Doctor Iuris *in
Orat. an dignit. doctoral. officiat nobilitati,
quæ est apud Speckhan. dict. Cent. 1. q. 100.
pag. 370.* quò etiam pertinet, quod de Didio
Iuliano refert Ælius Spartianus: Proavus
ei fuit Salvius Iulianus bis Consul, Præfe-
ctus urbi & IureConsultus quod magis
eum nobilem fecit: Gloriabatur etiam eo
nomine Cassius, quod à duobus clarissi-
mis IureConsultis Tuberone & Sulpitio
descenderat, quod notandum putat Za-
Ii 4 sius

sius *ad L. 2. §. Ergò Sabinon 17 ff. de* [illegible]
contra nobiles, qui cum frequenter legal
scientiæ operam dederint nomen tamen
Doctoris fastidiunt cum legalis doctrinæ
lumen nobilitati magno intervallo prælluceat: Ideoq; (3) Nobiles imitentur
majores suos, qui nullo modo dubitarunt
Doctorum dignitate condecorari, ut potius summo studio ambiverint, rati eum
revera nobilem esse, qui & virtute & genere & scientia præstat cæteris nobilemq;
reipsa se declarat: Atq;ut electro lucidior
fiat hæc assertio, agedum Syllabum dabimus eorum principum, Comitum, & Nobilium saltem Germanorum, qui doctorali
tiara se ornari passi sunt.

§. 175.

*S*yllabus Principum, Comitum, Baronum & Nobilium, Doctoris & Licentiati titulo, in Theologia, utroq; jure &
Medicina mactatorum, postmodum verò
ad alia & quidem summa dignitatis culmina evectorum, ubi singularem humanitatem amplissimi Viri D. Matthæi
Herrenbergeri I U D. Consiliarii & *Referendarii* Bambergensis summis laudibus
celebrare debeo, qui liberali manu plura
exem-

exempla illustrium personarum mihi suppeditavit, haud in vulgus nota, multo minus cuivis obvia: Sequentem autem ordinem instituam ut primò ponantur Doctores Theologiæ, post Iuris & tandem Medicinæ.

In Facultate Theologica Sequentes inveniuntur Principes Comites & Nobiles Doctorali tiara fulgentes.

1. Iohannes Megapolitanus Dux Theol. D. Parisiis publicè renunciatus Lansius in consult. Europ. pag. 31. Matth. Stephani de Academ. c. 14. n. ult. Zeilerus in histor. Lamentabilibus nostri temporis pag. 260.

2. Georgius Dux Teccensis Friderici Teccensis Ducis filius, qui vixit circa annum Christi 1383 Theologiæ doctor & provincialis Augustini Ordinis: Crusius in Paralipom. l. 89.

3. Otto filius Ducis Austriæ Leopoldi SS. Theolog. D. Episcopus Frisingensis.

4. Reichwinus Dux Lotharingiæ SS. Theol. D. fit Episcop. Argentinensis ann. 928. est 37.

5. Eberhardus Baro in Starenberg Theol.

D. & archi Episcopus Salisburgensis Lansius in Consultat. Europ p.31. Crusius l. 4. annal. Suevicor. c. 14 p. 3.

6. Marcus Enenckelius Baro SS. Theolog. D Zeilerus in histor. fol. 265.

7. Philippus à Rathsamshausen ex Alsatia SS. Theol. D. ann. 1322. fit Episcopus Eichstadii est 39. annal Eichstad.

8. Joannes ab Eyb SS. Theol. & Can. D. 1464 fit Episcopus Eichstadii est 50. annal. Eichstad.

9. Valentinus à Teutleben SS. Theol. & JUD. 1549 fit Episcopus Hildesii est 49.

10. Conradus à Sultaco SS. Theol. D. 1407 fit Episcopus Verdensis est 46.

11. Christophorus ab Uttenheim Alsata SS. Theol. D. vel Decretorum secundum Wurstisium in Chron Basil. pag. 498. fit Episcop. Basiliensis 1502.

12. Albertus Magnus de Bolstad SS. Th. D.

13. Erckenbaldus Theol. D. Episcopus Argentinensis anno 968 numero 40

14. Julius Pflug L. Episcop. Numburgens.

15. Joh. Truchses de Waldburg. Decret. D. 1494.

16. Joh. Schweickart à Cronberg dicitur fuisse SS. Theol. Licentiat: Archi Episcop. Mogunt 81.

Casparus ab Anssen Theolog. Licentiatus 1570.

Et hi fuerunt Catholicæ religionis: Augustanæ confessionis autem sequentes reperti sunt Theologiæ Doctores Nobiles:

Johannes à Staupiz Theol. D.

Johannes Bugenhagius Th. D. Nobilis Pomeranus.

Johannes Pfeffinger à Pfeffingen D. 1573.

Joannes à Waldmanshausen D. Theol.

Nicolaus ab Amsdorff Magister, postea Licentiatus Theologiæ 1524.

Hieronymus Wellerus à Molßdorff D.

Matthias Hoe ab Hœnegg. D. Saxonicus 1604.

Bartholdus Krakewiz D. nobilis Rugianus Professor Gryphiswaldens.

Gilbertus de Spaignard D. Pastor Madeburg.

Johann. Pappus Trazburg D. Prof. Argentinensis.

Wilhelmus Luz. D. Superint. Norling.

Amandus Polandus à Polansdorff Nobilis Silesius D. Profess. Basileensis.

In Juridica facultate extant subsequentes insula Doctorali ornati Principes, Comites & Nobiles.

Wil-

Wilhelmus Geldriæ Dux I U D. *Lans.* *in Orat. pro Germ. fol. 43. Zeilerus in hi-stor. fol. 261.*
Matthæus de Pappenheim I U D. *Canon. Augustanus 1495. Mart. Cruf. p. 2. annal. lib. 12 fol. 570.*
Ioann. Truchses de Waldburg Decr. D. 1494.
Wilhelm Dapifer Baro in Walburg D. 1525.
Albertus Pincerna Lymburg. D. 1449.
Georgius Baro à Maynburg I U D.
Sigismundus } *Barones & Docto.*
Ioh. Bernhard. } *res de* Herberstein.
Georgius Adam Comes de Martiniz.
Albertus Comes de Schawenburg Can. D.
Christophorus Dominus de Losenstein 1493. D.
Iohannes Ferdinand. Baro de Khinberg teste Zeilero d. l. fol. 278.
Frideric. Schenck à Tauttenberg Baro.
Bernhard. de Polheim I U D. *1503.*
Benedictus de Walnstein I U D. *1458.*
Zadislaus de Zwitzticæ Baro D. 1411.
Ulricus de Lapiz I U D. *1510.*
Georgius Dominus de Neydek & I U D.
Seyfrid Collonitsch D.
Iohann Schneidbeck de Schönkirchen I U D. *Lans. in Orat. pro Germ. p. 42. & Zeiler in*

in histor. Lamentab. f. 204. 263.

Leopoldus Baro de Bebenburg Can. D. fit. Episcopus Bamberg. an 1353. est 27.

Albertus Comes de Hohenburg fit Episcopus Herbipoli 1349. et 50. Besold. d. Iur. Acad. fol. 211. alii eum faciunt Episcopum Frisingensem, sed errant Crus. annal. Svev. p. 3. l. 4. c. 14. Lans. in Consult. p. 31.

Sigismundus Baro Herbersteinius Viennensi in Academia Baccalaurei titulum suscepit, quo multi illum deriserunt, & Doctoris nomine exprobrarunt: Ille verò in Germanicâ Moscoviæ historia Viennæ anno 1557. edita regeſsit his verbis: **Die erste Würde von Lernung wegen empfangen / die durch unverständige mir zu spott und mit dem Namen** *Doctor* **fürgeworffen / deß Namen Ich nie wirdig / aber wol begierig zuhaben gewest.** *Mel. Adami in vitis ICtor. pag. 130.*

Episcopi.

Ulricus à Gemmingen D. 1508. } Archi Episcopi, Moguntinenses.
Sebastianus ab Heusenstein D. 1547.
Daniel Brendelius ab Homburg.

Sigismundus ab Hoheneck D. Archiepiscop. Salisburgens. anno 1495. est 56.

Heinricus de Sternberg Can. D fit Episcopus Bamberg ann. 1324 est Episcop 23.

Iulius Echter de Mespelbrun. Licentiatus Utriusq; Iuris fuisse perhibetur Episcop. Herbipolitanus.

Thomas Berlawer Ungarus ex nobilissima Ciliorum familia I U D. *Episcopus Constantiensis ann. 1496. est 78.*

Christophorus à Feldkirch de familia Mezlerorum ex superiori Rhetia I U D. *Episcopus Constantiensis ann. 1548. est 83.*

Arnold de Rotberg Decret D. Episcop. Basilensis 1451.

Philippus de Rosenberg I U D. *anno 1513. Episcopus Spirensis est 67. Besold. de Iur. Academ p. 211*

Philippus à Flersheim D. 1530. Episcop. Spirensis est 69.

Ludovicus ab Ast I U D. *1441. Episcopus Wormatiensis num. 61.*

Henricus à Liechtenaw I U D. *1517. August. Episcop. numero 56.*

Christophorus à Stadion I U D. *1543. Episcop. Augustan. 57.*

Marquard à Berg D. 1559. Episcop. Augustanus.

Gabriel ab Eyb D 1535. Episcop. Eichstad 52.

Ulri-

Ulricus ab Albach I U D. *1426 Episcopus Verdensis.*

Iohannes ab *Assel* I U D. *1470. Episcopus Verdens. 48.*

Berchtold Bar. de Landsberg D. *1503. Episcop. Verdens. 49.*

Conradus à Vechten D *Episcop. Verdens.*

Theodoricus à Niten D. *Episcop. Verdens.*

Ioann. *à Schleuniz Can.* D. *Episcopus Naumburg 32.*

Petrus de Haugwiz Licent. Episcopus Numburg. 33.

Theodoricus à Buxtorff. I U D. *Episcopus Numburg. 35.*

Ludovicus à Freyberg D. *Episcopus Constantiens.*

Conradus à Reisenberg D. *Episcopus Hildesheim.*

Ioh. *Von Schönberg Episcopus Misnens.*

Berthold. à Wabingen Baro Episcopus Frising. D.

Leo Lesch Nobilis Bavarus & I U D. *Episcop. Frisingens. 1559. e. 50.*

Fridericus à Planckenfels Canon D. *Episcop. Ratisbonens. 1450. et 45.*

Iohann von *Eich* D. *Episcopus Eichstadiensis.*

Nico-

Nicolaus à Carlow Episcopus Misnensis.
Melchior a Meggau D. I. U. *Episcopus Brixiensis & Cardinalis 1590.*
Busso ab Alvensleben IUD. *Episcopus Havelbergensis.*

CANONICI.

Fridericus a Mitterkirchen Can. D. *praepositus Frising.*
Otto à Wachtendunck D. Praepos. Pataviensis.
Rupertus à Mosheim D. Decan Pataviens.
Chilianus de Bibra D. *Praepos. Wurtzburg 1490.*
Iohann à Lisura Decr. D. Moguntin. ad Mariae 1442.
Petrus ab Herbersdorff D. 1388. Can Patav.
Heinricus à Pernstain Can. D.
Andreas Styrzel à Bucheim D. Praepos. Basiliens. 1527.
Henricus de Kutzpuchel Can. D. Canon. Frising. 1407.
Nicolaus ab Herbersdorff. D. 1414.
Rudolfus de Neuneck IUL. Can. Bamberg & Herbipolit.
Albertus Iunior ab Eyb. IUD. *Bamb. & Aichstad. Canonicus obiit 1477.*

Lud-

Ludovicus Wilhelm de Streitberg I. U. D. *apud Bambergenses in Carinthia Vicedominus.*

Iohannes ab Aulendorff *Canon.* D. *Præpositus apud Burchardum Herbipoli & Cancellarius Imperatoris.*

Hans de Lapide L. *Canon. Herbipol.* 1519.

Wilhelmus de Constantia D. *Canonic. Spirens.* 1429.

Georgius ab Andlaw D. *Præpositus Basiliens.* 1480.

Iohannes *Steinhauser* D. *Canon. Basiliens.*

Daniel Stibar D. *Canon. Herbipolitan.* 1555.

Bernhard. à Braitenbach D. *Decan. Mogunt.*

Otto à Braitenbach D. *Canon. Mogunt.*

Christoph à Uttenheim D. *Custos Basileens. postea Episcop.* 1502.

Georgius à Gemmingen D. *Præpos. Spirens.*

Thomas Truchses à Wezhausen D. *Decanus Spirens.*

Iohannes *à Nippenburg* D. *Canon. Spirensis.*

Iohannes Weiler *D. Decanus Basileensis* 1439.

Petrus de Andlo D. *Præpos. Lautenbacensis.*

Arbogastus Ebenhard D. *Canon. ad* D. *Thomæ Argentinæ.*

Philippus ab Emlingen D. Canon. ad Juniorem Petrum Argentinæ.
Nicolaus Wormserus D. *Canon. Thomanus Argentinæ.*
Jacob à Salzburg L. *Can. Ratisbon. 1439.*
Johannes à Mosheim D. Decanus Rossaviens.
Wolfgang Böcklin D. *Canon. Thomanus 1536. præpos.* zu Ellingenmünster.
Theodoricus Schulenburg D. Præpos. Berlinens. vid. Stephani d. l. pag. 1302.
Thomas Löserus L. *Canon. Misnens.*
Erpho à Gemmingen Præpositus ejusd. Eccles.
Henricus à Schaumberg D. *Canon. Wormatiens. 1514.*

ASSESSORES Cameræ Imperialis.

Wolffgang à Beilwiz D. *1535.*
Christophor. à Carlwitz D. *1541.*
Georgius ab Emmershofen D. *Rhedus 15..*
Sebastian à Hürnheim D. *& eques 1521.*
Georgius ab Hazfeld D. *1495.*
Matthias ab Ilaw D. 1521.
Nicolaus von *Haubiz D. 1495.*
Andreas von *Könriz* D. *1531.*
Heinricus von Weissenberg D. *1498.*
Wilhelm von Neuhausen D. *1541.*
Theodoricus à Plieningen D. & eques 149.

Georg

Georg à Rietpurg D. 1517.
Sigismundus à Reischach D. 1507.
Arnoldus à Riemerstock L. 1508.
Ludovicus Schwertzel â Willingshausen Hessus L. 1521.
Eberhard Schenck von Winterstetten L. 1568.
Iohannes Berlin D. Dinckelspulens. 1501.
Iohannes à Schwappach D. 1531.
Eitelius Senfft D. 1531. †. Rotenburgi 1536.
Arnold à Glauburg D. 1521.
Iohannes Werner a Themar D. 1548.
Philippus à Venningen D. 1531.
Cuno à Walbronn. D. 1562.
Heinricus à Widerhausen Lic. 1512.
Iacob à Landsperg. D. 1508.
Theodoricus à Lautern D. 1508.
Hardmannus Hartmanni von Eppingen D. Pater postea Cancel. Elect. Palatini obiit 1547. & filius cognominis postea Consiliar. Palat. obiit 1586.
Wiguleus Hund à Lauterbach D. 1549.
Sebastian Truchses à Rhinfelden D. 1554.
Iohannes Wilhelm à Rotheim D. 1584. postea Elect. Palatini Iudex aulicus 1584.
Ludovicus } Epistoreus in Seusheim { D. 1578.
Iacobus } { D. 1581.

Sebastian à Rotenhan D. 1507.
Petrus à Gundelsheim D. 1524.
Ioachimus Mynsinger à Frundeck D. 154?.
Hermannus à Weichfeld D. 1556.
Henricus à Bila D. 1559.
Henricus à Kerschenbrug 1562.
Ioh. Petrus Breitenacker D. postea Cancell. Marchi-Badensis 1588.

Nobiles J U. Doctores Principum Consiliarii.

Burckhardus de Mangefeld Ottonis II. Imperatoris Romano Germanici, Consiliarius fuit primus ex Germanis Cancell. Doctor anno 974. teste D. D. Ioh. Christoph. Oelhafio in discurs. Iuridico pol. de Patritiis pag. 349 post tractatum D. Draconis & Zeilero d. l. fol. 199. 261.
Johannes a Rechburg D. Cancellar. Constantiens. 1475.
Eitelhans Rechburg. D. Cancell. argentinens. 1537. Christian Wurstisius in der Bäßler *Chronick. fol. 643*
Sigismundus Pflug Albert. Sax. Cancellar.
Eitelwolff vom Stein.
Henricus de Clingenberg Decret. D. Rudolfi I. Cancellarius.

Albertus ab Eyb I V D. Eques auratus. Consiliar. Cæsareus
Joachimus à [illegible]hausen Suevus I V D. Ferdinandi I. Cancellarius 1561.
Wilhelmus Reichenbach D. & Eques Consiliar. Cæsar. 1515. Wurstis. in Chronic. Basileens. pag. 517.
Johann von Aich D Consf. Cæsar. Idem pag 338.
Erasmus de Minckwitz D. Cancellar. Saxonicus post Palatinatus.
Petrus vom Stain [illegible] Bavaricus [illegible].
Florentius à Venningen Cancell. Palatin. 1538.
Nicolaus von Endt D. Hofrichter zu Leipzig.
Caspar Erlenhaupt, Hofrichter der Churpfaltz.
Andreas von Plumenthal D. Consil. Saxonic.
Valentin von Sundhausen D 1507.
Magnus von Schellenberg D. 1524.
Bernhard Wormbser, à Schaffalzheim D. Consiliarius Palatinus obiit 152[illegible]. Edelbergæ.
Bernhard à Bozheim D. Cancellar. Palatino Simmeranus 1547. postea Reipubl. Argentinens. Consiliarius ad 40. annos

Bernhard Hertzog inn Chron. alsat. pag. 236.
Gerhard à Güntheroth D. & Cancellar. Hassiacus.
Iohann Kendelius L. Proprinceps Hassiacus.
Iohann Christoph à Grün D. Cancellar. Palatin.
Modestinus Pistoris in Seuseliz D. Cons. Saxonic.
Hieronymus Schurffius D. S. Gallensis professʃ. Witteberg obiit 1554.
Iohannes Vllatenus D. Cancellar. Cliveni. obiit 1561.
Andreas Zoch D. Consiliar. Elector. Brandenb.
Ioachimus à Beust D. Consiliar. Saxonicus.
Iohann von Dockheim D. Consiliar. Iuliacens. 1524.
Otto von der Pack D. Consil. Saxonicus 1526.
Conrad von Tellingshausen D. Cons. Brunswiz. 1525.
Dietericus à Wertram D. Consil. Saxonicus 1527.
Conrad à Metsch D. Consil. Brandenb.

Georg.

Georg. à Dessingen D. Cancell. Salisburg.
Sibertus à Lawenburg D. Cons. Paderbornens. 1544.
Philippus Iacob Usser D. Consil. Pomeranus
Carsilius Bayer à Ballenhofen D. Cons. Palatin.
Melchior à Ossa D. Cons. Saxonicus Elector. 1551.
Christophorus Prechterus Nobilis Alsatus D. Professor Marpurgens. 1529. Hertzog d. l. p. 269.
Conrad von Rechenberg D. Cons. Brandenb.
Georgius à Streitberg D. Cons. Brandenburg. 1525.
Wolffgang Offner Licentiat. Cancellar. Brandenb.
Eberhardus à Weyhe D. Cons. Brunscwicens.
Hippolytus à Collibus D. Consil. Palatinus obiit 1612. æt. 51.
Ludovicus Gremp à Freudenstein D. 1576.
Arnold de Rayger. D. Cons. Brandenb.
Iohann Wilhelm à Stockheim D. 1606.

ALII NOBILES.

Hardmann Windeck D.

Iohann à Talheim D. & Eques 1484.
Iohann à Newenstein D. & Eq.
Ulrich Burggrafius D.
Caspar à Westhausen D.
Iacobus Morschwein D. & Eques 1501.
Wolffgang ab Affenstein D. & Eq.
Hermann von Amelungs Hassus D. 1548.
Otto von Arnsperg D. 1558.
Iohann von Assel D.
Wilhelm à Rochefort D. & Eq. 1482.
Otto Spiegel Ritter vnd Doctor.
Iohann à Sunthusen D.
Gernant } à Schwalbach.
Christoph } 1542. D.
Georg Otto } 1545. D.
Henrich à Schawenburg D.
Otto à Hevel Licentiat.
Iohann von Weißbach D.
Balthasar vom Wald D.
Rudolphus ab Eschwingen D.
Paulus von Wag I U D.
Ioannes von Bart Licentiat.
Nicolaus à Boheim Decret. D.
Iohann von Thûren Licent.
Philipp von Reineck Eq. & Licent.
Iohann Christoph de Gich D. 1562.
Georg à Crailsheimb I U L. in Morstein [illegible]
Fri

Fridericus Dyn à Leiningen D. 1512.
Georg von Kottschlitz D.
Eckius von Kebkaw D. Autor Speculi Saxonicis.
Philippus Ehrerus D. 1145.
Antonius Haußmann von Nomtorf D. Equ. 1548.
Christoph von Haussen D. 1555.
Bernhard } vom Hagen D. 1530.
Christoph } Equ. s.
Theobald. à Hirckhofen D.
Nicolaus à Kleiniz 1495.
Caspar à Kaltenthal.
Ioachim à Kuntlingen D. 1551.
Wilhelm von Beschwitz D.
Iohann Brendel von Homburg D. 1560.
Ludovicus Truchses D.
Henricus à Honurfel D.
Dieterich von Morsan D.
Wolffgang von Thüren D.
Albertus de Rechberg D. 1496.
Nicolaus von Disbach D.
Reinhard Dyn von Leiningen D.
Nicolaus von Enschringen D.
Cunrad von Fürstenberg D.
Tillmann Guntheroth 1541.
Philippus von Gran D. 1543.

Richard Gramman D. 1495.
Wolff von *Lausniz D.*
Ioh. Caspar à Lindenfels L.
Ulrich von *Rechberg D.*
Theodoricus von *Vertram* D. *1527.*
Sebastian ab Harstall D.
Georg de Beineburg D. *eques.*
Christoph à Beilewiz.
Bernhardus à Bonheim.
I*ohannes, Otto & Bernhardus de Braittenbach.*
Di*tericus & Iohannes à Dalburg.*
Leonhard von *Egloffstein.*
Erasmus von Mandeßlohe.
Georgius de Meisenbuch D. *ex munificentia Angliæ Regis Doctor.*
Sebastianus Schilling von *Canstad 1501.*
Petrus de Teusbach 1498.
*Johann de Pauls*dorff *1501.*
Sebastianus Echter de Mespelbrunn D. obiit 1620.
Wilhelmus de Frawenhofen D. 1483.
Leonhardus ab Eck von *Rondeck* IUD *1520. obiit 1550. vide Adami in vitis* I*Ctor. pag. 82.*
Fridericus à Parsperg. Can. D. 1426.
Johann à Parsperg I*U D. 1509.*

Au-

Anshelm. ab Eyb Eques & D.V.I. 1515.
Christoph à Preising JVD. 1486.
Wolff à Stauding D. 1559.
Georg à Rorbach L. 1502.
Magnus à Schmichen Can. D. 1403.
Wolff à Seüboltsdorff D. 1550.
Degenhard à Weichs JVD. 1532.
Caspar ab Eyb.
Iohannes ab Eyb Decret. D. 1466.
Hi in Genealogia Bavarica Wigulei Hunds de Sulzemos & in annal. Ingolstadianis reperiuntur: sequuntur alii
Georgius ab Asperg D. & Eques Landrichter zu Onolzbach 1485.
Johannes Schad de Mittelbiberach in Warthausen D.
Vitus de Furst IVD.
Conrad de Plintheim D. 1464.
Johannes de Gemmingen D.
Johannes vom Stein zum alten Stein Decr. D. Professor Parisiensis.
Vriel de Gemmingen D.
Georgius Hohenfelder D. Can. 1484.
Georgius à Neideck D. 1491.
Marcus Beck IVD. & Eq.
Barthol. Geyer à Geyersberg & Osterburg.
Georg

Georg Gienger D.
Johann Kotenn...er D.
Wilhelm à Reichenaw D.

VIVENTES.

Johann Baptista de Werdemberg IV[illegible]
Comes à Ferd. II. Creatus.
Joachimus Dornsperg IVD. Baro suprem[illegible]
Cancellarius Monachii.
Johann Bartholom. Richel IVL. Baro Vic[illegible]
Cancell. Bavaricus.
Petrus, Andreas, Matthæus Wesembec[illegible]
nobiles Belgæ Petri filii omnes IVD. D.
quorum ille consil. Saxo. Cobur[illegible]
obiit æt. 57. iste obiit 1569. æt. 42. [illegible]
fessor Witteberg †. 1586. æt. 55.
Simon Pistoris {pater Hartmanni D. [illegible]
infelix D. {Modestini D.
obiit 1562. {avus Ludovici D.
Franciscus Cranefeldius D. Consil. [illegible]
obiit 1564.
Vitus Polantus D. Consil. Palatinus obiit 157[illegible]
Conradus Heresbachius D. Consil. Juli[illegible]
obiit 1576.
Ioachimus Hopperus nobilis Frisius D.
obiit 1576.
Viglius ab Ayta Zwichemus Belga [illegible]
obiit 1579.

Ioh.

Iudocus Dambouder D. Brugensis obiit 1581
Paulus Busius D. Dominus in Zeuenhoven & Cappel Amersfordianus obiit 1594. æt. 63.
Iohannes von Emmerhoven in Walerstein Rhet. 1503.
Augustinus Lösch D. Rotenburgo Tubarinus 1503.

Et scribit suprà nominatus D D. Herrenberger. *in Epistola ad me data Wirzeburgi 17 Septembr 1040 his verbis*: Possem plures & principaliter ex Equestri familia Franconicæ nationis mittere, sed Authores ob injuriam temporis detinentur Forchemii, ego quidem affirmare audeo quod ultra decem & plures ex familia Fuchsiana de Dornhaim etiam fuerint promoti Doctores quos ante hac etiam collegi: *R*eperi autem ego postmodum beneficio *D*n. Iohannis *R*auchpari viri antiquitatum Studiosissimi affinis honorandi quinq; exgente Vulpina Doctores scilicet Iohannem, Georgium, duos Iacobos omnes Canonicos Herbipolitanos, quorum duo priores circ. ann. Christi 1526. tertius ann. 1530 quartus 155. vixerunt: quintus Chilianus Fuchs Canonicus

cus Salisburgensis, Decanus Tridentinus & Episcopus Brixensis I U D. ann. 15.. claruit.

Possent etiam ex familia de Seckendorff, Waldenfels, Wallnroth, Wirceburgensi, Zobeliorum, Wolffskehliorum nominari aliquot Doctores.

Patritii Civitatum Imperii

Philippus Camerarius J U D. Noric. Patr. 1569.

Marquardus } *Pater & filius D.* } *patritii*
Paulus } *Freheri D.* } *Augustani.*

Georgius Remus D. *Patrit. Augustan.*

Cunradus Pius Peutinger D. *Patr. Augustan.*

Johannes Christophorus Oelhafen D. Patr. Noric 1600.

Christophorus } *Gugelii Pater*
Christoph. Iulius } *filius Nepos*
Christoph. Andr. } *U I D. D. Patritii & Consiliarii Norici.*

Christoph } *Scheurl D. Nepos.*
Iacobus }

Christophorus Ehem D. Patr. Augustan. Cancellar. Palatinatus obiit 1592. ...

Iohannes } *Vorcholten Pater & filius ... 1594 ...*
Statius } *57. U I DD. Patritii Luneburgens.*

Iohan-

Iohannes Fichardus D. Patrit. Francofurtens. obiit 1581. ætat. 71. Petreius in ejus vitâ.
Iohannes Schürstab D. 1507.
Conrad Peutinger D. ex August. obiit 1547.
Ex Patritiis antiquioribus Noricis sunt sequentes ut eos recenset ampl. D.D. Oelhafius in discurs. ad L. 2. §. 43. ff. de O.J. pag. 354.
Hector Pömerus.
Antonius Cressius.
Johannes & Georgius Loffelholz: quorum ille L. hic D. fuit.
Gabriel Paumgartner.
Gregorius Heimburgius JUD. 1430. vide Adami in vit JCtor. p. 2.
Cunradus Schütz.
Wimandus vom Steg.
Cunradus Khünhoffer.
Cunradus Zenner.
Chilianus à Bibra.
Andreas Rummel
Erasmus Toppler.
Valentinus à Turckheimb.
Iohann Rhelinger.
Georgius Beßler.
Johannes Löscher.

Wolff-

Wolffgangus Remus.
Ludovicus à Werthena.
Iohannees Schad.
Iohannes Epstain.
Valentinus & Christoph. Közleri.
Joannes Gemelius.
Georgius Roggenbachius.
Iohannes Besserer D. *1507. Ulm.*
Gregorius Lamparter D. Patrit. Bibera-censis. 1523. vide Adami in vitis ICtor. *pag. 26.*
Nicolaus, Pater & filius, Constantinus nepos Varenbuleri Patritii Lindaviensis D. D. *D.*
Ludolphus Schraderus D. *Patritius Brunsvicensis*
Antonius Colerus D. Patritius Lubecensis
Hardevicus à Dassel D. Patritius Lunæburgens.

Patritii Exteri Doctoralibus utplurimum honoribus conspicui

Matthæus de Afflictis Patrit. Neapol.
Iohannes à Chokier Patrit. Leodiensis.
Roland. à Valle patrit. Casalensis.
Nicolaus Intriglicla *patrit. Catinens.*

Petrus

Petrus Philippus Cornerus Patrit. Perusinus.
Marcus Antonius Natta Patrit. Astens.
Hercules Marescottus Patrit. Bononiensis.
Marcus Antonius de Amatis Patrit. Roman.
Marianus Socinus Junior Patr. Senens.
Octavianus Cacheranus Astensis Rupis Arasii
Comes atq; Ozaschi oppidi Dominus.
Simon de Proxetis Patr. Pisaurensis.
Johann Vincentius de Anna Patr. Neapoli.
Antonius Quetta Patric. Tridentin.
Fabius de Anna Patrit. Neapol.
Hieronym. Cagnolus Patrit. Vercellan.
Cornelius Grotius Patrit. Delphensis IUL.
obiit 1610. ætat. 66.

In Medica Facultate reperiuntur subsequentes Nobiles Doctorali Laurea mactati.

Johannes Crato à Craftheimb Medicus trium Impp. obiit 1585.
Henricus Cornelius Agrippa à Nettesheim IUD & Medicinæ Doctor.
Joachimus Camerarius Pater & filius Med. DD. Ille obiit 1598. hic adhuc est in vivis.
Michael Beßler Med. D. Patrit. Noricus.
Oswaldus Gabelkover à Gabel Khoffen.
Johannes Scheuckius à Grefenberg.

Theophrastus Paracelsus Bombast ab Hohenheim.

Petrus a Mosdorff dictus weller D. Medicus Isslingensis.

Adamus a Bodenstein.

Alexander a Suchten.

Leonhardus Thurneiser.

Hadrian. à Mynsicht.

Petrus Andreas Matthiolus.

Philippus Höchstetter.

§. 176.

Q. 104. Quæstio autem hîc incidit non inelegans. An *Nobilis* in Doctorem promotus vocandus sit Doctor, vel Nobilis? Decisio peti potest ex illis, quæ habet in diversis sed consimilibus terminis *Andr. Gail. 1. Obs. 30. n. 22 ubi ait.* Si in una & eadem personâ concurrat duplex dignitas, puta quod aliquis sit Dux vel Comes, vel Dux & Marchio, tunc major dignitas attenditur & ab ea persona denominatur, per rationem hanc, quod mixtum seu compositum ex duobus attribuatur ei, quod est dignius, Et quod dignius trahat ad se minus dignum & quod genus à digniore parte suum nomen sumat, Jam autem superius

c. 9. §. 50. & 52. probavimus ad limitem Doctoratus esse nobilitatem inferiorem, sequitur ergò, quod antehac Doctor creatus, Nobilis dicendus sit. notandum autem etiam est, diversis respectibus, diverso jure, & diversis qualitatibus dignitatem æstimari posse. Idemque nobilis Doctor creatus utitur fruitur privilegiis Doctoralibus, non enim [illegible] honorem hunc ambivisse præsumendus nobilis est, & eo jure censetur, [illegible] nobilitatis privilegiis [illegible]: Atque hoc est quod & superius notabatur non frustrà Doctorem nobilem creari, & vicissim Nobilem Doctorem, propter diversa privilegia, quæ ambæ dignitates habent, quo [illegible] capaces redduntur, alias simpliciter [illegible] & uno modo iis gauderet, vide allegatum §. 50. 51. 52. & 53.

§. [illegible]

Iacobus [illegible] Doctores dedecorat eorum [illegible] autoritatem minuit, si omnis generis [illegible] scandalosam [illegible] & [illegible] [illegible] vero turpiter [illegible]

 [illegible]

tationem turgidi alios contemnunt habent singularitatis studiosi & elati sunt, chimæras facientes, & ea tradentes, quæ auditores non intelligunt & intelligere non expedit. Doctores autem tales non ad profectum scholarium legentes, sed ad pompam & ostentationem vulgarem, & magis vocis ornatum, quàm dubiorum declarationem intendentes, incurrere pœnam infamiæ & remotionis a lectura, scribit Marq. Freher *lib.3. d. Infamia c. 21. n.* [illegible] *qui & hæc habet:* Viderint, quâ existimatione illi sint juris professores, de quibus quidam eminentissimæ notæ Iurisconsultus ita pronunciat, in nullo se invenisse probitatem Iurisconsulto dignam, quæ tamen est omnis sapientiæ caput: in omnibus quæstus cupiditatem, ambitionem summam sive honoris, sive inescandorum auditorum, non solùm ut frequentibus decantent, quibus neq; doctiores, neq; meliores eos reddant (puta dum sermonem ipsiq; longe alienum abreo, in quo versari se profitentur, in medium producunt, vel è folio oculis [illegible] deblaterant: Consiliorum [illegible], quæ uno verbo explicari potuisset

quæ è

quæ vel explicatione vel comprobatione
indigebat nulla, & nihil aliud tamen per
horam agunt) sed verò etiam ut bene co-
mitati per plateas & vicos ducantur & re-
ducantur. Dissuadet hoc D. Theodori-
cus *in analys. Evangelior. in die S. Andreæ
pag. 22. ubi ait*, TE DEUS principem, nobi-
lem, Doctorem, istum sutorem, textorem,
sartorem &c constituit, ut quid ergò tu
nobilis despicies ignobilem, Doctor, pro-
miscuum quemvis, sive sartorem, sive su-
torem, apud DEUM non est ullus persona-
rum respectus, sed quisquis timet ipsum
& operatur justitiam, is acceptus est ei
Actor. 10. v. 34. 35. nam & piscator, qui pius
est & DEUM timet, æquè ipsi placet ac Do-
ctor, opifex, æquè ac Rex, balneator, æquè
ac Imperator. Et Besoldus *de jure Acade-
miar. c. 4 n. 2* vituperat titulos Doctora-
les, cum etiam dignitatibus superbiunt & alios
eo nomine præ se contemnunt, & vene-
num ait esse pessimum ex pharmacopo-
lio Babylonico & Anti-Christi. (2.) Con-
temtibiles se reddunt, si statum semel
initam deserunt & aliud vitæ genus Do-
ctoribus contrarium, vel dedecorosum
eligunt, quales illi *Doctores* habendi sunt,

qui relictâ togâ ad fagum se contulerunt, auro & argento consumptis ferrum ad manus sumunt uti jocosè at ingeniosè Laurentius Zincgreffius Electoris Friderici IV. Palatini Consiliarius de prodigo pronunciavit teste Melch. Adami in vitis Iuriscons. pag. 439. & ita Doctorem exuunt & militem induunt, qui relictis Musarum castris nomina sua albo militari inscripserunt, atq; sic velut ab equis ad asinos & boves, quod magnū est periculum, transcenderunt, teste Wilhelm. Antonii Vino CL. De Rescript. morator. c. 42 n. 11. Hoc è diverso magis placet, si in annis juventutis Doctor castra & militiam secutus, postmodum Reipubl. togatæ operam navabit, sicuti Petrus Beutrichius I. U. D. & Consiliarius Palatini Joh. Casimiri Equitum Dux cum summa laude fecit, ut & Iohannes Wolfius Tabernæmontanus lectionum memorabilium compilator. Siquidem Doctor, miles bene esse potest, sed non miles desperatus potius perfectus. Fieri enim facilè potest, ut ex Doctore & studioso fiat miles & Eques, at ex milite & equite vix unquam fieri studiosus & Doctor ait Dn. D. Theodoricus in Fest. Ju-

ftibr. pag. 438. quæ tamen sano sensu accipienda sunt, ne impingant iis superius dictis *c. 9. § 52.* (3.) Nec cunctis condecorat eos lusus quicunque, ut ludens Doctor derisui habeatur, teste *Prosper. Farinac. p. 3. Criminal. quæst. 100. n. 47.* utpote in quibus perditio temporis majoris est præjudicii & propterea nec etiam ludo Schacchorum aut alio licito & permisso ludere debent & multò minus ad aleas tesserasve. (4.) Valdè dedecorat Doctorem si jactitet magnam eruditionem, & tamen est sine libris, adeo ut nec privilegia Doctoralia iisdem competere quidam velint, qui libros necessarios non habent, *Doctor* namq; multis eget libris, & si fieri posset omnium, qui scripserunt, ut ex multis possit eligere veriora. Oldrad. d. Ponte *conf. 84.* & Remus *d. privil. Ctor p. 2. privil. 23. n. 11.* hoc præsertim seculo nostro, ubi viliori quam olim pretio comparari possunt libri.

Undè & antiquitus Doctores propter penuriam librorum opera majora sibi invicem transmittebant Card. Tuschus *Lit. d. conclus. 508.* Testatur enim Paulus de Castro *consil. 242. libr.* solum Codicem

fuisse emtum triginta ducatis: Sine copiosa librorum suppellectile certè Doctor dignitatem & privilegia sua tueri vix poterit, Lat. Nevizanus *in q. an libros multos habere oport.* Benius *d. privil. JCtor. p. 2 in pr. n. 1.* Covarruvias *d. comm. opin. l. 3 t. 14 n. 20.* Simon de Prœtis *in proœm. de Interpr. ult. tim. vol. volunt. n. 16.* naturalis necessitas cogit, ut multi libri habeantur, quoniam in dies plures novi casus contingant, unde etiam libri Doctorum in tantum sunt privilegiati, ut in illos nulla executio decernenda sit, teste Colero *libr. 2. d. P. E. c. 3 n. 137.* Anton. Gomezio *ad L. Taur. 1. n. 16.* & quoniam librorum emtio impensas multas requirit, indè multi in ea sunt opinione, quod ideò & Doctorum caetera bona nullæ collectationi subjacere debent, nec detractioni si forsan domicilium mutaturi sint, ut posterius hoc latius & in genere deduxit Berlichius *pag. 3. concl. 52 n. 33.*

(5.) Ad contemptum etiam vergit, si promotus Doctor officio Procuratoris in inferioribus Curiis & Dicasteriis fungatur (nam de procuratoribus Cameræ Imperialis & Principum Imperii contrarium

statuendum utpotè qui provisione Imperatoria tuti sunt Ord. Camer. p. 1. t. 9. Mynſ. 4. Obſ. 32. Gail. 1. Obſ. 43. n. 5. March. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. m. 2. n. 98. tam ratione ipſorum procuratorum inter quos nemo recipitur niſi *Doctor* vel *Licentiatus*, quam ratione Imperatoris & ſtatuum Imperii quibus ſerviunt, Wendelinus Schilling *de action. & Except. pag. mihi 352. & 353.* Tiraquellus *de Nobilitat. c. 30. n. 1. & 2. per text. express. in L. ſi quis 34. C. de decurion. l. 10. juncto §. fin. de Exceptionibus.*

(6.) Illud quivis fatebitur *Doctorem* indoctum eſſe riſibile animal & ab omnibus deludi & doctis pariter & indoctis, ſicuti §. 170. & 171. pluribus evictum eſt. (7.) dedecorat *Doctorem* ſi ſqualidis veſtibus centonibusq; talibus incedat, quibus vix à Plebeis ut ajunt, ſeu coquis & lanionibus diſcerni poſsit. Rulandus *de Commiſ. l. 1. c. 23. n. 9.* Igitur tu te *Doctor* attolle ſemper à humo ut abſis à ſumo. Wilhelmus Antonii *d. reſcript. moratior. concl. 68. n. 32. in fin.*

Caput XXIV. Et Ultimum.

De Contrariis Doctoratum Amittentibus Et Tollentibus.

§. 178.

TAndem ad *Destruentia Doctoratum* venimus, ubi contraria se offerunt vel ex studio vel ex vita & moribus itemq; accidentalibus: Ex studio vel Professione doctorali vel aliena: Quæ doctoratum amittunt quoad ipsam professionem doctoralem sunt 1. Indignitas. 2. Cessatio. 3. falsa usurpatio. Indignos & indoctos *Doctores* non frui debere privilegiis *Doctorum supra c. 6. §. 27. 28. 29* probatum *fuit*: Quibus addi potest Iacob. Butrig. *d Privil. JCtor. p. 2 in pr. n. 2.* Guido Pape *decis. Grationopolit. q. 88.* Iacob. Menoch. *d. A. J. Q. casu 379. n. 1. & consil. lib. 9. n. 7. & fol. (mihi 238.* ubi ait pessimè (ut docet experientia) multi reperiuntur scholares adhuc, qui Doctiores sunt doctoribus jam creatis: Imò reperiuntur permulti Doctores indocti qui ob indoctorum privilegiis gaudere non debent

Docto-

Doctoratus enim gradum indignè aperiens peccat mortaliter *gloss. in Cl. 2. de Magistr.* usq; adeò, ut si Doctores approbaverint imperitum, puniri debeant privatione dignitatis, arg. text *in c. quando Episcopus 24 distinct. c. privileg. 11. q. 3.* Tholos. *18. Rep. 9.9.* Stephani *d. Idict. lib. 2. p. 2. c. 14. n. 115.* Reinkingk *l. 1. class. 5. c. 11. n. 45.* Alciatus *lib. 1. de Vu. S. n. 9.* Lex (ait) privilegia Doctoribus concedens, de his non intelligetur, qui nec debito tempore studiis operam dederint, nec servato ordine, sed per saltum promoti fuerint, *L. pen. C. de adv. div. Jud.* Multos enim bonos pessum dedit, qui spretis, quæ tarda cum securitate ad præmatura vel cum discrimine properant: His igitur jure illud carmen objici potest Tu nimium properas & adhuc tua messis in herba est

Et doctorem corruptis professoribus promotum non gaudere privilegiis aliorum Doctorum, ex archiadiacono refert Summa Angelica *in vol. doctor.* Et facit quod ex Andrea Siculo refert Idem Bonius *par. 2 fol. 45* quod in Curia Romana decisum fuerit tempore Eugenii III. prærogativas graduatis datas per Regulas Can-

Cancellariæ non competere doctoralli-
quare etiam sancitum fuit semel, laurea-
tum propter apparentem in[illegible]
Doctoratus insignibus spoliari posse
Sichard. *ad L. 1. C. de Test. mil. n. 13.* [illegible]
cum Doctores præsentant Cancellario
doctorandos, & affirmant sub juramento
credulitatis eos esse satis idoneos ad Do-
ctoratus dignitatem, est probatio impro-
pria: Et ideò si creentur Doctores per
illam privilegiatam & impropriam pro-
bationem, quasi lata jam sententia, si cre-
ati inveniantur minus idonei, non ob-
stante creatione tanquam sententia lata
per improprias probationes possent
rejici. Et Certè imperitos Doctores Deo
invisos & hominibus perniciosos esse
scribit Cothmannus *Acad. resp.* [illegible]
n. 75. Exempla in Amphiteatro orbis
offerunt se plura dictu Odiosa: Ejusmodi
doctoris ignavi sortem refert Dn [illegible]
ICtus eloquentissimus *in Orat. funebr.*
Joh. Harpprechti pag. 181. qui Doctoratum
suum impatienti animo cum sutore & ce-
teramentario libenter permutasset, Cum
ajens pater meus non tradidit me in disci-
plinam sutoris, qui plus lucri facit uno
die,

die, quàm ego ex universa legum scientia integris mensibus. Scilicet quisq; est fortunæ suæ faber, & arbitratus est Lanius hunc Doctorem dentibus, quàm ingenio robustiorem, & subulæ corioq; tractando, quam pervolutandis libris, ambiguisq; causis dirimendis aptiorem fuisse. Indignos autem non censemus omninò, qui in examinibus ad omnia quæsita non exactè responderunt, de quo supra c. v. n. 33. estq; optima nota eruditionis crescentis, si Doctor in principio non omnia se scire præsumat, sed de die in diem profectus suos augeat, Roma quippè tridui spatio non ædificata & studia incrementis opus habent. Qui doctores moderatè sapientes progressu temporis illis plus pollent, qui ab initio omnia jura & studia se in scrinio pectoris habere jactitant, at postmodum in penetralia venientes desperant primo anno Doctorem præ se ferentes, secundo Magistrum, tertio Baccalaureum, sicut graphicè scribit Ernestus Cothmannus *respons. Academic. 44. n. 15.* Iuvenes se omnia scire persuasi sunt, & ad veram ac solidam eruditionem pervenirent, nisi jam eò se pervenisse putarent. Videmus id

id & experimur in Novellis Doctoribus qui primis annis Doctoris titulo superbiunt, & id se esse opinantur quod esse dicuntur: sed aliquantò post Licentiati stationem vix tuentur, tandemq; quando gravia negotia tractanda sunt ad puri putiq; Baccalaurei locum honestè retinendum omnem suam sapientiam non sufficere intelligunt. Ita olim dicebat Menedemus: plurimos navigare Athenas studiorum gratia, qui primum essent sapientes, deinde philosophi, hoc est sapientiæ amantes, postea Rhetores, deniq; progressu temporis evadere idiotas Fr. Duarenus Comment. d. rat. docend. discend. jur. civ.

§ 179.

(1.) Doctoratum amittunt aut certè privilegiis Doctoralibus non utuntur, qui sunt, qui vel publicè profitendo vel causas agendo aut domi consulendo, studium Theologicum Iuridicum & Medicum non exercent. Hartm. Hartm. lib. 2. obs. tit. 10. obs. 1. ex jur. civ. observ. 4. n. 11. Andreas Alciatus d. V. S. lib. 1. fol. 46. qui diutius professore noluerit & à munere sibi concesso desciverit, privilegio indignus plerumque existimatur. L. 3. C. de domest. & protect.

lib.

lib. 12. quapropter qui Advocati vel protectores vel id genus Palatini quinquennio destiterint, albo abraduntur muneréq; privantur. Nam & indulgentiâ principis ulterius hi non fruuntur, qui industriam non continuant *L. fin. C. de adv. div. Jud. L. ne quidem C. de Test. mil.* quo exemplo & in Scholastico (& Doctore) receptum est, si vagus & desses relictis studiis vitam degat, eum ex auctoratum consortium privilegiis uti non posse: Nam & collegii immunitatibus non fruetur, qui quamvis in collegium receptus sit, artem tamen non exercet *L. qui in colleg. ff. de excus. tutor.* etiamsi loco sui alium substituit. Non enim ideò meliorem suam conditionem efficit. Plurima quoq; adversus eos, qui destiterunt, innovata sunt, quoniam lex perseverantes adjuvat, sopitos verò & desides negligit. Et hoc intuitu dici solet: Privilegium Doctoratus perdi decennio eo non utendo. Bas *in L. rem non novam. n. 1. C. de Jud.* Benius *de privil. J. C. tr. part. 2. in proœm. n. 8. & 9. pag. 24.* Besoldus *in discurs. d. stud. Mag. c. 1. p. 146.*

Excipimus autem ab hac positione meritò Doctores senes, pauperes qui providé-

vilegiis doctoralibus gaudere debent nihilominus, etiamsi ob paupertatem, senectutem, adversamvè valetudinem aliasvè consimiles causas professionem suam non exercent vel deposuerunt: Quò Cicero *in tr. de senectute.* alludit cum ait: neque illi bonarum artium Magistri non beati sunt putandi, quamvis consenuerint vires.

Positio ergò locum habet in ignavis somnolentis & perversis, adde supra tractata *in c. 8. §. 43. q. 25. q. 26. & §. 47. & n. 186. hoc capite.*

(3.) Privilegiis doctoreis gaudere nequit, *Doctoris* insignia & nomen falsò usurpans, qui ideò pœna falsi puniendus erit, maximè si non verbo tantum sibi adscripserit nomen, sed & fecerit quempiam actum non nisi ad *Doctorem* spectantem. Iacob Benius *d. privil. ICtor. p. 2. c. 3.* Besold. *d. discurs. c. 10. pag. 140. per text. in L. eos §. ult. ff. ad L. Cornel. de fals.* Fridericus Schenckius *Baro in Tautenberg in Centurio conclus. Iuridicar. concl. 101. n. 4. & 5.* Ait, *si quis se fingat Doctorem, Comitem, Iudicem vel Notarium, falsi tenetur.* *Distinguit* quidem ratione pœnæ Benius *supra citato loc.* inter illum, qui solùm se *Doctorem*

Glosi

falsò inscribit, & pœnam extra ordinem locum habere putat, si actus verò doctoreos gerat falsi pœna eum coërcendū esse *per dict. text. in L. eos §. qui se pro milite ubi Bart. in not. ff ad L. Cornel. de fals.* ubi is pro delicti qualitate gravissimè puniendus est, qui se pro milite gesserit, cum non esset miles; Quem textum Br. notare etiam contra illum, qui se appellat Doctorem cum non sit, tradit Andr. Tiraquellus *de Nobilitat. c. 13. n. 2 pag. (mihi) 48. qui & n. 4.* eandem distinctionem corroborat. Non male & illi statuere videntur, qui etiam talem Doctoratum falsò sibi attribuentem crimen læsæ Majestatis committere arbitrantur: Quum enim jus creandi Doctores unicè à Majestate dependeat ut supra *c. 5. §. 13.* demonstratum, ille profectò ipsam Majestatem lædit, qui tale jus, titulum, honorem & dignitatem falsò usurpat sibiq, attribuit idq; fundatur *in L. 3. §. ult. ff. ad L. Jul. Majest.* ubi cavetur & eum teneri crimine Majestatis qui privatus potestate Magistratuvè sciens dolo aliquid facit.

§. 18?.

Et hæc dicta Doctoratum tollunt ex

ipſa profeſsione: Accedamus ad illa Contraria, quæ eundem adimunt propter aliena ſtudia. Quicunq; extra vocationis ſuæ metas verſantur, ſordida & vilia tractant, ii beneficia dignitatis doctoralis amittunt nec ullum cuiquam privilegium extra vocationem prodeſſe poteſt.

Qui enim ſordidis abjectisq; afficiis vel deformibus miniſteriis occupantur ad dignitatem aliquam qualis eſt Doctoratus, adſpirare vetantur non ſolùm, ſed & promoti repelluntur *L. ne quis 6. C. de dignitatib. Nov. 91. c. 1.* Sunt autem viles artes & ſordida opificia numero plurima ab aliis dudũ congeſta quæ nullo modo *Doctori* promoto ſunt exercẽda ut eſt pictoria *L. ſi non ſortem. 26. §. libert. 12. verſ. ſed ſi operas ff. de condict. indeb. Bodin. 3. de Republ. c. 8* histrionica Saltatio, Coquinaria, *L. legatis ſervor. 61 §. 2 L. ſer. urb. 99. §. 4. ff. de Legat. 3.* Panificia, popinarum uſus *L. humil. 7. C. de inceſt. nupt. L. 1. C. de nat. lib. c. nulli diſt. 44.* Monetaria, pugilatus venatio, piſcatio & omnes manuariæ operæ: Et quum Doctores ſint in Triplici differentia, de Theologiæ Doctoribus ex jure ſacro dudum res certa eſt, jis nullo modo licere vocationis me-

metam transilire & aliis sordidis officiis & operis se inquinare *Tit.1.v.7.1. Tim.3.v.3.* Der nicht unehrliche Handthierung treibe & *Ecclesiast.39.v.1.* Wer die Schrifft lernen soll/der kan keiner andern Arbeit warten/ und wen man lehren soll/der muß sonst nichts zuthun haben: Wie kan der der Lehr warten/ der pflügen muß: Iurisconsulti & Medici verò sequantur illud *1.Cor.7.v.20.* ut quisque vocatus est, ita ambulet: De Doctoribus legum verò quaeritur: An possint *Q. 105.*
salva reputatione doctorali agere Secretarios, Archigrammateos, graffarios & scribas? Si consuetudo & mores Latinorum inspiciuntur, vix est, ut suaderi possit. Sic enim Pomponius *in L.2. §. postea cum Appius ff. de O.J.* Flavium scribam & libertini filium esse dicit, de quo tamen Val. Maximus *L.2.c.1.* testatur, eum cum ingenti nobilitatis indignatione Aedilem curulem factum, ut hinc pareat, scribas apud Romanos non in magna dignatione fuisse, ut scribit Tiraquell. *d. Nobil.c.34.n.52.* qui & haec habet, Graecos eos nominasse *γραμματεῖς*, quo nomine veluti contumelioso Demosthenes subin-

dè Æſchinem vocat, ut hinc intelligatur, etiam id nomen non ſemper fuiſſe honorificum apud Græcos: Si verò inſtituta Hebræorum & Græcorum perpendantur, aliud dicendum erit, apud Hebræos enim ſcribæ erant inter præcipuos Regis comites & Principes, & Conſiliorum participes, ut patet *ex 2. Reg. 8. & 20. 1. Paralipom. 18. ad fin. 1. Esdr. 7. Hierem. 36.* Probus Æmilius ſeu Cornelius Nepos (diſputatur enim quis verus autor ſit) *in vitâ Eumenis,* eum dicit Philippum Amyntæ filium habuiſſe ad manum ſcribæ loco, & indè ſtatuit, Scribam eſſe, apud Grajos multò honorificentius eſt, quàm apud Romanos: Nam apud nos ait reverà, ſicut ſunt, mercenarii Scribæ exiſtimantur. At apud illos contrariò nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco natus & fide & induſtria ejus cognita, quod neceſſe eſt omnium conſiliorum eſſe eum participem. Rittershus. *in Gynther. lib. 7. v. 43 pag. 134.* Dicendum ergò & hîc conſuetudinem nationis & populorum eſſe inſpiciendam: Adeò ubi Scribæ ſunt in dignatione & exiſtimatione, Doctorali officio benè fungi poſsit: Sin verò non

inter

inter honorificos, sed mercenarios, ut in multis civitatibus fieri consuevit, referantur idem ejusmodi stationem quovis modo aversari debeat. Ad Medicos transimus & cum haud dissimilem conditionem cum ipsis habeant myropolæ quos vulgò apothecarios nominamus, & tonsores seu potius chirurgi, non incongruè quæri potest: An Medicinæ Doctor etiam Pharmacopolium instituere & medicamenta divendere possit? Q.106. Si per Apothecarios intelligas circumforaneos & agyrtas qui mercium vilissimarum apothecas secum deferentes certis in locis aliquando consistunt emtorem opperientes, quales describit Iacob. Cujacius *2. observ. c. ult.* tum negativa propter vilitatem horum hominum amplectenda erit. Si verò intelligimus eos, qui medicamenta vendunt, & ex arte conficiunt, non putamus malè facturum Doctorem Medicum, si officinam ejusmodi suis sumptibus erigat modò ne ipse manum admoveat, sed per provisores & ministros omnia dispensari curet: Sic enim & Aristotelem Pharmacopolam egisse scribit Ælianus *lib. 5. Var. hist.* & Aristophilum Plataicum insignem

Pharmacopolam fuisse Theophrastus *lib. 9 plantar. c. 19.* memorat. In Iure quidem nostro apothecariis privatim interdicitur dignitatibus *L. si cohortal. 12. §. fin. C. de cohort. lib. 12.* sed interpretes adhuc disputant, quinam ibi per apothecarios intelligantur: qui enim propriè loquuntur, apothecam in jure civili procella vinaria sumi, testantur *L. cum res. §. sed si id. ff. d. Leg. 1. L. quæsitum §. sed si fund. vers. sed si qua. ff. de fund. instruct. L. 1. C. de V. S.* Alciatus *ad L. mercef. ff. d. V. S.* De tonsoribus & Chirurgis res liquidior est: Aut enim Chirurgus est rationalis, & fundamentaliter principia chirurgica imbibit, & hunc Doctorem esse posse supra *c. 12. §. 79.* traditum est: Aut est empyricus & hic nullo modo Doctoris titulum assumere multò minus verò doctor talem agere debet: Barbitonsores autem & balneatores cum vilioris conditionis habeantur quàm histriones per *L. sed si quis 15. §. 1. ff. usufr.* quis audebit Medico Doctori consulere ut contemtissimam & servilem conditionem eligat; Inter viles enim & ignobiles connumerantur, qui homines radere atq; in balneis mundare solent tradit ICtus celeber-

leberrimus Frider. Pruckman. *consil.* 12. *n.* 3. *fol.* 1. Illud addi potest an Doctores Musicæ deditiesse, eandemq; absq; honoris sui imminutione tractare possint? Si per Musicos intelligas tibicines citharædos, citharistas, Lyristas aliosq aliorum instrumentorum Musicorum lusores & qui illam operam publicè venalem habent, tum disertè negandum est: Sunt enim vilis pretii *L. Titius* 43. *in f. ff. de act. empt.* Viles & inhonesti *L. si qua* 4. *C. de spectac. c. diffinimus* 4. *q.* 1. Si verò quis vocales & Organarios Musicos intendat, referuntur illi inter eos, qui honestas artes exercent, hos ignominiosos non habere tradit Iurisconsultus *in L. athletas. post princ. ff. de his qui not. infam.* Et Musicam tam vocalem & instrumentalem Doctores exercere posse 1. privatos inter parietes. 2. nullius lucri causa. 3. mediocriter, ne ordinariam vocationem deserere dicantur, aut parerga ἔργοις præferre videantur. Satis potius est canentibus aliis audiendi otium. Doctoribus superesse ait Plutarch. in Pericle, quum aliud sit sceptrum, aliud plectrum. Q. 107.

§. 181.

A vilibus artibus transimus ad merca-

turam: Deprimitur secundo ac cessant Doctoralia privilegia, si Doctor mercantias & cambia faciat quod privilegio Doctorali non convenit Matth. Colerus *de process. executiv. p. 2. c. 3 n. 136.* ubi de facto in quodam Doctore ita responsum fuisse meminit Everh. Speckhan. *Cent. 2. cl. 1. qq. Iuris q. 15. p. 136.* adsunt autem firmissima argumenta quæ doctoribus mercaturam adimunt. 1. text. *in L. nobiliores 3. C. de commerciis & mercator. Ubi Impp. Honorius & Theodosius hunc in modũ rescripserunt:* Nobilioribus natalibus & honorum luce conspicuos & patrimonio ditiores perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus: Si ergò nobiles non possunt mercaturam exercere Etiam Doctores non exercere poterunt, argumento eorum quæ superius *c. 9. §. 50. 51. 52. dicta.* 2. per text. *in L. nequis C. de dignit. lib. 12.* quod negociatores aliiq; hujusmodi dignitatem assequi non possint, & a jam adepta repellantur: Doctorarum autem dignitatem esse hactenus ad nauseam inculcatum fuit: Facit 3. *L. humilem C. de incest. nupt.* ubi inter humiles & abjectas personas numeratur, quæ mercimo-

niis

niis publicè præfuit: Tiraquellus quidem *de nobilitat. c. 27. n. 7 & c. 33 n. 22.* Mynsinger *6. obs. 54 n. 13.* putant, si per alium (doctores) & nobiles negocientur, dignitati doctorali hoc nihil derogare, sed LL. allegatæ loquuntur generaliter & indistinctè; E. generaliter etiam intelligendæ & nulla alia erit distinctio facienda: Quod enim quis suo nomine agere prohibetur, id nec per subjectam personam agere debet *l. 2. § 1. ff. de administ. rer. ad civit. pertin.* Qui enim per alium mercimonia gerit, fœdo quæstui nihilominus inhiat, & in animo suo spem lucri versat, nec vocationi suæ seriò indulgere potest. Et hoc esset fraudem legi facere qui per se non potest, servorum ope ac ministerio uti vellet Bodinus *3. de Republ. c. 8.* ingeniosè Niellius *disp. fund. 2. th. 6. l. a.* Confer tamen quæ hic in simili patriciorum casu enucleat D. D. Draco *de Orig. Patritior. lib. 3. c. ult. n. 1. usq. ad 15.*

§. 181.

An autem paupertas Doctori adimat honorem suum Doctoreum? Interpretes nondum certò definiverunt, quis nam ex mente legis verè & certò pauper dicendus *Q. 108.*

& habendus sit, videri possunt Ma[illegible] d.probat.concl.1154.n.8.& 14. Everh Speck. han Centur. 1. qq. Juris q.38. n. 2. [illegible] Josias Nolden de nobilibus c. 18. n. 18. Nos in hypothetica hac quæstione distinctionis filo rem conciliabimus: Doctor fuit inops, & ad substantiam quandam honestam mediis legitimis & benedictione DEI pervenit, labitur autem bonis ex delicto, prodigalitate vel imprudenti Oeconomia, & ille privilegiis doctoris nullo modo utetur teste Colero de process. executiv. p. 2. c. 3. n. 162. & seqq. Ubi exemplum ponit in Doctore debitore moroso ad locum æris alieni in diversorio contracti redeunte, & in alio diversorio divertente à priori hospite arrestato: Doctor enim ad inopiam redactus propter aliquod delictū non gaudet privilegiis Benius de privileg. [illegible]tor. p. 3. c. 95. pag. 138. & testatur Besold. d. studios. Magist. c. 9. p. 131. se vidisse Licentiatum, qui coactus fuerat cedere bonis excussus usque ad peram & saccum: Si verò ab inopibus parentibus descendit Doctor, & fortuna novercante ad divitias non adspirat aut adspirare potest, illū tamen manet dignitas Doctoralis, ut ut pro more

seculi

feculi contemtior fermè habeatur, quod patiētia Christiana vincere debebit. Plures certè sunt & reperiuntur, quibus augusta domi res, quàm qui divitias magnas possideant, nec etiam scopus doctoralis principaliter eò intendere debet, sicut superius *c. 8. §. 40. 41.* edoctum est. Paupertas autem talis, non est de genere malorum **Armuth ist kein Schand noch Unehr** Nolden *d. stat. Nobil. c. 18. n. 182.* Wilhel. Anton. *de Rescript. morator. conclus. 49. n. 14. & 15.* Pauperibus enim bona mens soror est, teste Petronio Arbitro *in Satyr pag. 36.* & amor ingenii neminem unquam divitem effecit, πενίας γὰρ γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον: Et quemcunq; cum laude aliqua miramur, eum paupertas ab in cunabulis nutricata est, ut est apud Apulejum *in Apolog. sub princ.* Rationem ini optumè quiq;, & sub censum tuum accuratè dispone Doctores hinc inde ceratos, & exactè subduces plures Iro potius, quàm Crœso cognatiores fuisse, & certè ipsa egestas in causa est, cur tot laboribus, angustiis & doloribus ad apicem studiorum supremum ascenderint quem aliâs, opibus mediocriter saltem affluentes, vix primo li-

mine

mine attigissent, tantum ut conscenderi cogitassent aut seriò sibi proposuissent.

§. 183.

Q. 109. An autem Doctor præter suam professionem quæ hoc tempore calamitosissimo arida & satis inculta esse solet, si quidem nunc Die Kunst nach Brodt gehen muß *Lather. de cens. l. 1. c. 14. n. 14.* citra præjudicium status Doctoralis, terræ culturæ incumbere fructus agrorum percipere armentaq; alere posit? In negantem sententiam faciunt illa, quæ extant *in L. colonos 19. C. de agricolis & censit. lib. 11.* ubi agricolæ ab omni militiæ gradu, quantumvis infimo arcentur propter publicam honestatem, ubi rationem reddit Luc. de Penna, quia assuetus vomeri & ligoni sordidus factus putatur: τὸ γὰρ γεωργεῖν ... : Agricolatio enim opus est servile: Menander *apud Stobæum c. 55.* Sed responderi potest ad d. l. colonos. illam non simpliciter de agricolis & rem rusticam facientibus intelligi debere sed de Colonis ad scriptitiis, qui si ad honores aut militiam assumerentur, fieret præjudicium dominis: *ibi: quia hac in parte dominorum juri consulimus;* qui ut tò per se &

per

per alios tela in usum vomeris ligonisq; convertunt, etiam *Doctores* vel *Nobiles*, ii nullum præjudicium sibi creant, quum Patriarchæ *Reges* & principes & olim & hodie hoc modo victitarint & victitent Tiraquel. tr. *de Nobilit. cap.32. n.5.6 7.8. 11.* Lather. *de Censu l.3.c.6 n.20.21.* Dn.D. Gerh. *d. Minister. Eccl § 327. p (mihi 517.* Dn. D.Brochman. *in System.Theol. pag.917.* qui quidem Pastoribus agriculturam modicè permittit, hoc modo à nobis tamen non dissentiens, si enim pastor aut *Doctor* aliundè victitare queat quis ipsi hanc curam & solicitudinem non parvam imponet? Et sacræ literæ tradunt Noachum agricolam fuisse *Gen. 9. v 20.* & Christus mundi Soter *Joh 15.v 1. &s.* apertè profitetur se vitem esse & patrem agricolam: de qua re festiviter Johannes Keisersbergius Ecclesiastes *Argentinensis*: *Si nobilem inquit se dixisset nos plebeii male haberemus.* Certè hoc ævo nostro, ubi amœnissimi fructus studiorum planè ceciderunt in maris profundissimum, honesto & nobili loco natis, vix panis superesset, nisi agrorum culturâ sibi de eo prospicerent, & fructibus terræ ad præscriptum DEI Domini

mini nostri cum sudore provehendis operam darent.

Illos autem Doctores privilegia sua perdere & meritò, qui non liberalibus legitimis, utilibus, necessariis, licitis & permissis ut puta SS. Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ & Philosophiæ, sed illiberalibus, illegitimis, illicitis, noxiis, perniciosis, vetitis & prohibitis artibus & scientiis operam impendunt, dubium haud habet: Non enim duntaxat à primo limine arceri, nec ad adyta professionum admitti debent, qui ejusmodi mediis illegitimis se intrudere cupiunt, sed & in progressu, imò etiamsi suis promotoribus imposuerint, & glaucoma objecerint, quo ad gradum fucoso nomine adscenderent, ejici, & à honesto consortio eliminari debebunt: Tales sunt, quos superius *c. 23. §. 170.* enumeravimus, & qui arte Magica, Mathematica quatenus versatur circa divinationes præstigiosas bonis omnibus imponere student.

§. 184.

Et ita amittitur Doctoratus ex professione propria vel alienâ, sequitur quomodo ex mala vita & moribus, quando nempè

nempè Doctores se delictis criminalibus & capitalibus polluunt, commaculant atq; contaminant, turpem vitam agunt indeq; infamiam contrahunt. Reatus enim & crimen omnem honorem, omne privilegium & beneficium excludit: Quia beneficium Juris seu privilegii allegare nequit, qui contra illud deliquit text. ad rem est *in L. si qua. ibi: honestæ nobilisq; personæ decore privatur C. de secund. Nuptiis.* Rationem addit Bl. quia sine honestate non potest esse doctoratus *L. C. ubi Senatores vel clariss.* Omnem enim ejusmodi honorem reatus excludit *L. quoties, in illis verbis: Illustri dignitate per suum facinus privatos C. de dignit. & in c. nobilis. 2 q. 5.* ubi nobilis homo vel ingenuus, si in furto aut perjurio aut falso testimonio fuerit deprehensus, ferventi aqua vel candenti ferro se purgare debet ac si non esset ingenuus, aut nobilis quasi scil. suis sceleribus nobilitatis privilegium amiserit. Quibus textib. addi possunt *L. Senatoris 47 ff. de R. Nupt. L. Divo Marco C. de quæstionib.* In specie ergò amittitur Doctoratus 1. propter commissum perjurium *d. l. quoties C. de dignitat.* Vincent. Mancin. *tr. de Jura-*

Jurament. par.5.eff. 8. n.1. & seqq. ubi infert ad Doctorem, quod privetur gradu Doctoratus propter perjurium Siebard *ad L 2 jusjurand.n.6.C.de reb credit.L. 6. milit. ff. de hisqui not infam.* Ubi ratione perjurii miles solvitur ignominioso sacramento, si autem hoc fit militi armato & in jure comparetur ej miles inermis militiæ ut doctor, consequens est, ut Doctor perjurus vel infamis debeat ab officio deponi. (2) propter crimen Læsæ Majestatis *arg. L. quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest.* sicut in D. Ioannem Iesseniū 1621. Pragæ propter hoc crimē animadversum ex relationibus constat: *Ex* hoc etiam capite amputato punit⁹ est *D* Nicolaus Crollius Cancellarius Saxonic⁹ 1601. teste Georg Fabritio *Rer. Saxon. Illustr pag.142.* Hermanno Lathero *d censu lib 3 c.16. n.174.* Et *D.* Matthæus Entzlinus Consiliarius Wirtembergicus & alii plures nominandi, nisi funesta sum mè essent exempla. *Et* hac de re suprà etiam pluribus actum est *in c. 17. § 121. & 124.* adcò ut crambem bis coctam apponere necesse non sit.

§. 155.

Illud hîc notandum est, *Doctorem* ob

scelus

fcelus aliquod ultimi fupplicii feu ad membri mutilationem damnatum fine prævia degradatione è medio tollendum non effe, quia nemo in dignitate mori debet ut ftatuit Hart. Hartmanni *lib. 2. pract. obf. tit. mifcell. ex Iure civ. obf. 4. n. 8. pag. 400. in fin.* Iacob Benius *d. privil. ICtor. p. 2. privil. 44. fol. 59.* ubi ex Thoma Grammatico degradationis formam refert fuo tempore obfervatam in Curia Vicariæ in quodam Doctore de Falconibus: Cui inter cœtera duo libri legales aperti, mox claufi, item biretum de capite annulufq; de digito detractus à miniftro Iuftitiæ in terram projecti fuerunt: Et ex Iulio Claro *lib. 5. fentent. §. fin. q. 74.* tradit Reinking. de *Regim. fecul. & Eccl. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 11.* degradationem etiam in Doctore habere locum quod propter aliquod delictum privetur aut privari pofsit cingulo doctorali. Sicuti etiam militi ob turpitudinem delicti militaria infignia adimuntur *L. 2. §. ignominiæ caufa ff. de his qui not. infam. L. 4. ff. de re milit.* & in Clericis idem fancitur *in c. degradatio. de pœn. in 6.* quæ omnia introducta funt in venerationem militiæ, Ecclefiæ, & Academiæ, ne tam

Pharmacopolam fuisse Theophrastus *lib. 9. plantar. c. 19.* memorat. In Iure quidem nostro apothecariis privatim interdicitur dignitatibus *L. si cohortal. 12. §. fin. C. de cohort. lib. 12.* sed interpretes adhuc disputant, quinam ibi per apothecarios intelligantur: qui enim propriè loquuntur, apothecam injure civili procella vinaria sumi, testantur *L. cum res. §. sed si id. ff. d. Leg. 1. L. quaesitum §. sed si fund. vers. sed si qua. ff. de fund. instruct. L. 1. C. de V. S.* Alciatus *ad L. merces. ff. d. V. S.* De tonsoribus & Chirurgis res liquidior est: *A*ut enim Chirurgus est rationalis, & fundamentaliter principia chirurgica imbibit, & hunc Doctorem esse posse supra *c. 12. §. 79.* traditum est: Aut est empyricus & hic nullo modo Doctoris titulum assumere multò minus verò doctor talem agere debet; Barbitonsores autem & balneatores cum vilioris conditionis habeantur quàm histriones per *L. sed si quis 15. §. 1. ff. usu fr.* quis audebit Medico Doctori consulere ut contemtissimam & servilem conditionem eligat; Inter viles enim & ignobiles connumerantur, qui homines radere atq; in balneis mundare solent tradit ICtus celeber-

luberrimus Frider. Pruckman. *cons. 12. n. 29. fol. 1.* Illud addi potest an Doctores Musicæ dediti esse, eandemq; absq; honoris sui imminutione tractare possint? Si per Musicos intelligas tibicines citharœdos, citharistas, Lyristas aliosq aliorum instrumentorum Musicorum lusores & qui illam operam publicè venalem habent, tum disertè negandum est: Sunt enim vilis pretii *L. Titius 43. in f ff. de* [illegible] *empt.* Viles & inhonesti *L. si qua 4. C. de* [illegible] *c. diffinimus 4. q. 1.* Si verò quis vocales & Organarios Musicos intendat, reperiuntur illi inter eos, qui honestas artes exercent, hos ignominiosos non haberi tradit Jurisconsultus *in L. athletas. post princ. ff. de his qui not. in fam.* Et Musicam hanc vocalem & instrumentalem Doctores exercere posse 1. privatos inter parietes 2. nullius lucri causa, 3. mediocriter ne ordinariam vocationem deserere dicantur, aut parerga ἔργοις præferre videantur. Satis potius est canentibus aliis audiendi otium. Doctoribus superesse ait Plutarch. in Pericle, quum aliud sit sceptrum, aliud plectrum. Q. 107.

§. 181.

A vilibus artibus transimus ad merca-

 turam

turam : Deprimitur secundo accessant Doctoralia privilegia, si Doctor mercantias & cambia faciat quod privilegio Doctorali non convenit Matth. Colerus *de process. executiv. p. 2. c. 3. n. 136.* ubi de facto in quodam Doctore ita responsum fuisse meminit Everh. *Speckhan. Cent. 2. cl. 1. qq. Iuris q. 15. p. 136.* adsunt autem firmissima argumenta quæ doctoribus mercaturam adimunt. 1. text. *in L. nobiliores 3. C. de commerciis & mercator. Ubi Impp. Honorius & Theodosius hunc in modū rescripserunt :* Nobilioribus natalibus & honorum luce conspicuos & patrimonio ditiores perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus : Si ergò nobiles non possunt mercaturam exercere: Etiam Doctores non exercere poterunt, argumento eorum quæ superius *c. 9. § 5. & 1. 5.* allata. 2. per text. *in L. nequis C. de dignit. lib. 12.* quod negociatores aliiq; hujusmodi dignitatem assequi non possint, & à jam adepta repellantur : Doctorarum autem dignitatem esse hactenus ad nauseam inculcatum fuit : Facit 3. *L. humiles C. de incest. nupt.* ubi inter humiles & abjectas personas numeratur, qui mercimo-

niis

niis publicè præfuit: Tiraquellus quidem *de nobilitat. c. 27. n. 7. & c. 33. n. 22.* Mynsinger *6. obs. 54. n. 13.* putant, si per alium (doctores) & nobiles negocientur, dignitati doctorali hoc nihil derogare, sed LL. allegatæ loquuntur generaliter & indistinctè; E. generaliter etiam intelligendæ & nulla alia erit distinctio facienda. Quod enim quis suo nomine agere prohibetur, id nec per subjectam personam agere debet *l. 2. § 1. ff. de administ. rer. ad civit. pertin.* Qui enim per alium mercimonia gerit, fœdo quæstui nihilominus inhiat, & in animo suo spem lucri versat, nec provocationi suæ seriò indulgere potest, & hoc esset fraudem legi facere qui per se non potest, servorum ope ac ministerio uti vellet Bodinus *3. de Republ. c. 8.* ingeniosè Niellius *disp. feud. 2. th. 6. L. a.* Confer tamen quæ hic in simili patritiorum casu enucleat D. D. Draco *de Orig. Patritior. lib. 3. c. ult. n. 1. usq. ad 18.*

§. 182.

An autem paupertas Doctori adimat honorem suum Doctoreum? Interpretes nondum certò definiverunt, quis nam ex mente legis verè & certò pauper dicendus *Q. 108.*

& habendus sit, videri possunt Mascard. d. probat. concl. 1154. n. 8. & 14. Everh. Speckhan. *Centur. 1. qq. Juris q. 38. n. 2. cum seq.* Josias Nolden *de nobilibus c. 18. n. 5.* Nos in hypothetica hac quæstione distinctionis filo rem conciliabimus: Doctor fuit inops, & ad substantiam quandam honestam mediis legitimis & benedictione DEI pervenit, labitur autem bonis ex delicto, prodigalitate vel imprudenti Oeconomia, & ille privilegiis doctoris nullo modo utetur teste Colero *de process. executiv. p. 2. c. 3. n. 162. & seqq.* Ubi exemplum ponit in Doctore debitore moroso ad locum æris alieni in diversorio contracti redeunte, & in alio diversorio divertente à priori hospite arrestato: *Doctor* enim ad inopiam redactus propter aliquod delictũ non gaudet privilegiis Benius *de privileg. Doctor. p. 3. c. 95. pag. 138.* & testatur Besold. *d. studios. Magist. c. 9. p. 131.* se vidisse Licentiatum, qui coactus fuerat cedere bonis excussus usque ad peram & saccum: Si verò ab inopibus parentibus descendit Doctor, & fortuna novercante ad divitias non adspirat aut adspirare potest, illũ sua manet dignitas *Doctoralis*, ut ut promptè

seculi

seculi contemtior fermè habeatur, quod patiëtia Christiana vincere debebit. Plures certè sunt & repeniuntur, quibus augusta domi res, quàm qui divitias magnas possideant, nec etiam scopus doctoralis principaliter eò intendere debet, sicut superius *c. 8. §. 40. 41.* edoctum est. Paupertas autem talis, non est de genere malorum **Armuth ist kein Schand noch Unehr** Nolden *d. stat. Nobil. c. 18. n. 182.* Wilhel. Anton. *de Rescript. moratot. conclus. 49. n. 14. & 15.* Pauperibus enim bona mens soror est, teste Petronio Arbitro *in Satyr. pag. 36.* & amor ingenii neminem unquam divitem effecit, πενία γὰρ γυμνάσιον ἀρετῆς ἐμπέφυκεν: Et quemcunq; cum laude aliqua miramur, eum paupertas ab in cunabulis nutricata est, ut est apud Apulejum *in Apolog. sub princ.* Rationem ini optumè quiq;, & sub censum tuum accuratè dispone Doctores hincindè creatos, & exactè subduces plures Iro potius, quàm Crœso cognatiores fuisse, & certè ipsa egestas in causa est, cur tot laboribus, angustiis & doloribus ad apicem studiorum supremum ascenderint quem aliâs, opibus mediocriter saltem affluentes, vix primo li-

mine attigissent, tantum ut conscenderé cogitassent aut seriò sibi proposuissent.

§. 183.

Q. 109. An autem Doctor præter suam professionem quæ hoc tempore calamitosissimo arida & satis inculta esse solet, si quidem nunc Die Kunst nach Brodt gehen muß *Lather. de cens. l. 1. c. 14. n. 14.* citra præjudicium status Doctoralis, terræ culturæ incumbere fructus agrorum percipere armentaq; alere possit? In negantem sententiam faciunt illa, quæ extant *in L. colonos 19. C. de agricolis & censit. lib. 11.* ubi agricolæ ab omni militiæ gradu, quantumvis infimo arcentur propter publicam honestatem, ubi rationem reddit Luc. de Penna, quia assuetus vomeri & ligoni sordidus factus putatur: τὸ γὰρ γεωργεῖν ἐργάζεσθαι ... : Agricolatio enim opus est servile: Menander *apud Stobæum ...* Sed respondere potest ad d. l. colonos, illam non simpliciter de agricolis & rem rusticam facientibus intelligi debere sed de Colonis ad scriptitiis, qui si ad honores aut militiam assumerentur, fieret præjudicium dominis: *ibi: quia hoc in parte dominorum juri consulimus*, qui verò per se & per

per alios tela in usum vomeris ligonisque convertunt, etiam *Doctores* vel *Nobiles*, si nullum præjudicium sibi creant, quum Patriarchæ *Reges* & principes & olim & hodie hoc modo visitarint & victitent Tiraquel. tolle *de Nobilit. cap.32. n.5.6 7.8. 11.* Lather. *de Censu l. 3. c. 8. n. 20. 21.* Dn. D. Gerh. *d. Minister. Eccl. § 327 p (mihi 517.* Dn. D. Brochman. *in System. Theol. pag. 957.* qui quidem Pastoribus agriculturam modicè permittit, hoc modo à nobis tamen non dissentiens, si enim pastor aut *Doctor* aliundè victitare queat quis ipsi hanc curam & solicitudinem non parvam imponet? Et sacræ literæ tradunt Noachum agricolam fuisse *Gen. 9. v. 20.* & Christus mundi Soter *Joh 15. v. 1. & 5.* apertè profitetur se virem esse & patrem agricolam: de qua re festiviter Johannes Keisersbergius Ecclesiastes *Argentinensis*: *Si nobilem inquit se dixisset nos plebeji male haberemus:* Certè hoc ævo nostro, ubi amœnitatum fructus studiorum planè ceciderunt in maris profundissimum, honesto & nobili loco natis, vix panis superesset, nisi agrorum culturâ sibi de eo prospicerent, & fructibus terræ ad præscriptum DEI Domini

mini nostri cum sudore provehendis operam darent.

Illos autem Doctores privilegia sua perdere & meritò, qui non liberalibus, legitimis, utilibus, necessariis, licitis & permissis ut puta SS. Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ & Philosophiæ, sed illiberalibus, illegitimis, illicitis, noxiis, perniciosis, vetitis & prohibitis artibus & scientiis operam impendunt, dubium haud habet: Non enim duntaxat à primo limine arceri, nec ad adyta professionum admitti debent, qui ejusmodi mediis illegitimis se intrudere cupiunt, sed & in progressu, imò etiamsi suis promotoribus imposuerint, & glaucoma objecerint, quo ad gradum fucoso nomine adscenderent, ejici, & à honesto consortio eliminari debebunt: Tales sunt, quos superius *c. 23. §. 170.* enumeravimus, & qui arte Magica, Mathematica quatenus versatur circa divinationes præstigiosas bonis omnibus imponere student.

§. 184.

Et ita amittitur Doctoratus ex professione propria vel alienâ, sequitur quomodo ex mala vita & moribus, quando

nempè

nempè Doctores se delictis criminalibus & capitalibus polluunt, commaculant atq; contaminant, turpem vitam agunt indeq; infamiam contrahunt. Reatus enim & crimen omnem honorem, omne privilegium & beneficium excludit. Quia beneficium Juris seu privilegii allegare nequit, qui contra illud deliquit text. ad rem est *in L. si qua. ibi: honestæ nobilisq; personâ decore privatur C. de secund. Nuptiis.* Rationem addit Bl. quia sine honestate non potest esse doctoratus *L. C. ubi Senatores vel clariss.* Omnem enim ejusmodi honorem reatus excludit *L. quoties, in illis verbis : Illustri dignitate per suum facinus privatos C. de dignit. & in c. nobilis 2. q. 5.* ubi nobilis homo vel ingenuus, si in furto aut perjurio aut falso testimonio fuerit deprehensus, ferventi aqua vel candenti ferro se purgare debet ac si non esset ingenuus, aut nobilis quasi sc. l. suis sceleribus nobilitatis privilegium amiserit. Quibus textib. addi possunt *L. Senatoris 47 ff. de R. Nupt.* L. *DivoMarco C. de quæstionib.* In specie ergò amittitur Doctoratus 1. propter commissum perjurium *d. l. quoties C. de dignitat.* Vincent. Mancin. *tr. de*

scelus aliquod ultimi supplicii seu ad membri mutilationem damnatum sine prævia degradatione è medio tollendum non esse, quia nemo in dignitate mori debet ut statuit Hart. Hartmanni *lib. 2. pract. obs. tit. miscell. ex Iure civ. obs. 4. n. 8. pag. 400. in fin.* Iacob Benius *d. privil. ICtor. p. 2. privil. 44. fol. 59.* ubi ex Thoma Grammatico degradationis formam refert suo tempore observatam in Curia Vicariæ in quodam Doctore de Falconibus: Cui inter cœtera duo libri legales aperti, mox clausi, item biretum de capite annulusq; de digito detractus à ministro Iustitiæ in terram projecti fuerunt: Et ex Iulio Claro *lib. 5. sentent. §. fin. q. 74.* tradit Reinking. de *Regim. secul. & Eccl. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 11.* degradationem etiam in Doctore habere locum quod propter aliquod delictum privetur aut privari posit cingulo doctorali. Sicuti etiam militi ob turpitudinem delicti militaria insignia adimuntur *L. 2. §. ignominiæ causa ff. de his qui not. infam. L. 4 ff. de re milit.* & in Clericis idem sancitur *in c. degradatio. de pœn. in 6.* quæ omnia introducta sunt in venerationem militiæ, Ecclesiæ, & Academiæ, ne tam

dici possit miles, clericus aut *Doctor*, quàm à militia Clericatu, aut doctoratu ejectus in exilium aut metallum aut furcam abire; quam ipsam doctoratus privationem *Doctores* deportationi æquiparant Iurga Valent. Wintherus *lib. 2. parth. litigios. c. 10. n. 25.* allegans Frider. Bruckmann. *cons. 43. n. 21 fol. 1.* Illud quæ-
Q. 110. ritur: Si alicui adimuntur *Doctoralia* insignia propter aliquod crimen vel flagitium, annon possit deinde rursus examinari à *Doctoribus* & fieri *Doctor* de novo? Et negant ferè omnes, ut Zasius *ad L. dedi tibi §. idem erit. n. ult. ff. de condict. caus. dat. caus. non sec.* ubi hoc etiam extendit ad Notarium si propter falsum vel aliud crimen, ab officio deponeretur, eumq; non à Comite Palatino, sed à solo Principe restitui posse putat; Schrader. *cons. 1. n. 340. vol. 1. ubi n. 341.* idem de tabellione officio privato dicit, ut *&* n. *342.* de Cardinali. Requiritur ergò auctoritas summi principis, qui degradatum & insignibus suis exutum *Doctorem* priorib. honoribus restituere potest, neq; hic iteratio examinis, nec Doctorum collegia nec alii Comites Palatini id præstare possunt Ioh.
Si-

Sickardus *in C. ad rubr. de bon. libertor. cum seqq. tt. n. 13. pag. (mihi) 670.* allegans Bl. & addens, non allegasse eum textum aliquem, cum tamen potuisset allegare *L. 2. C. de diversf. offic. & appar. judic. lib. 12.* Besold. *in thesaur. pract. verb. Doctor. pag. 199.* ubi negativam simpliciter tuetur, sed *in dissert. de studios. Magistr. c. 9. pag. 139.* ad autoritatem principis refert. *Dn. D.* Lansius *de Academiis pag. 91.* Dn. D. Stam. *d. serv. personal. lib. 1. c. 1. n. 26.* Sunt etiã quidam in hac opinione, quod Doctor propter ingratitudinem commissam degradari possit & indignus gradu doctoratus judicetur Francisc. à Ripa *in repetit. L. fin. C. de revoc. donat. n. 10. Tom. 5. consilior. varior. consf. 25. n. 296. authore Johanne à Borck.* Id ego tum demum concessero, si ingratitudo ex alia causa majore æstimetur, ut proditione patriæ, violatione Majestatis & legum publicarum transgressione, non si simpliciter ἀχαριστία sit, quæ licet inter vitia sit omninò referenda, nullo tamen expresso textu Iuris demonstratur, quod pœnam singularem definitam habeat; Hoc quæri potest: An Pater Doctor, Q. 111.

sua degradatione & privatione liberis & inprimis filiis præjudicet, ut ipsis sit præjudicio & oneri? Videbatur dicendum quod sic, cùm quod alicui obstat, etiam successoribus ejus obstet *L. quod ipsis ff. de R. J.* Et non debeo melioris conditionis esse, quàm is à quo jus in me transit *L. in omnibus §. non debeo ff. eod.* Tiraquell. *de Jur. primigenior, q. 23. n. 18. & in tr. de Jure retractuum tit. 1. §. 1. concl. 9. n. 47. verum quærimus &c. duob. seqq.* Respondetur autem patris degradati jacturam filiis non nocere *arg. tt. C. ne fil. pro patre:* Pœnæ suos debent tenere autores L. 22. C. *de Pœnis.* 2. Doctoratus est dignitas personalis, & non transit ad heredes E. illâ degradatione non præjudicabitur filiis, nisi forsan à summo Principe dignitas doctoralis, aut ejus spes, à parente in filium forsan per expectantiam derivata fuerit, sicut hunc casum Tiraquellus fingit. Non obstant hæ Regulæ juris: expressè enim dicunt de transmissione juris & successionis alicujus, quùm tamen sole clarius sit, *Doctoralem* dignitatem non esse hereditariam seu transmissibilem successionis jure & ex persona alterius. *N*on obstat iterum, quod

quod ex L. *Jubemus §. & filios C. de advoc. div. Jud.* pro filiis Advocatorum statutum, quod in successione Advocationis, extraneis anteponi & gratis sociari debeant ubi gloss. notavit, *Doctorum* filios qui de collegio sunt, in patris locum exclusis cœteris, succedere debere: Si ergò succedunt in commodum, succedent etiam in in commodum *L. 10. ff. de R. J.* Respondetur autem: quod ex Constitutione Imperatoria succedere debeant parentibus *Ad*vocatis defunctis, hoc provenire non ex persona parentum, sed ex propria: Extat enim si ji meruerint legum doctrinam, si habiles inveniantur: Atquemadmodum per proprium studium se successione dignos efficiunt, ita minimè parentis degradati præjudicium merebuntur patrisq; factum alienum luere debebunt, cum ipsi nihil deliquerint.

§. 186.

Et hactenus defuncti sumus recensere modos tollendi Doctoratum ex commissis delictis: Sequitur ut ex accidentalibus quibusdam videamus quæ doctoratui sunt adversa, eundemq; miserè debilitant

 imò

imò sæpius inutilem reddunt, honorem autem nullo modo tollunt: tale malum & accidens est lapsus memoriæ per subitaneum morbum, ut apoplexiam hemiplexiam quæ præsertim linguæ vinculum continet, & elinguem constituit; ut etiam est, Furor superveniens, amentia & quæ sunt alia mala, quibus Deus opt. Max. humanum genus ex improviso visitare solet.

Q. 112. Dubium movetur quidem quod doctoralis dignitas consistere debeat in facto & exercitio ut modo hoc *c. §. 179.* inductum: At doctor hóc vel illo symptomate vel morbo implicitus amplius vocationis suæ munia exequi non potest: Si ergò vocationi non amplius præesse poterit, neq; etiam Doctor manebit. Sed in humanissimum esset ea, quæ divinitus immittuntur mala, curiositate humana aggravare, & afflicto afflictionem dare *text. clari in* L. *39. in pr. & l. 46. ff. de Judiciis, ubi in terminis scribitur:* Iudex datus (doctor creatus) in eodem officio permanet, licet furere cœpit quia rectè ab initio judex addictus est, sed judicandi necessitatem morbus sonticus remittit; Ubi ICtus Paulus rectè furorem vocat morbum sonticum, qui aliâs

in

in genere is est, qui cuicunq; rei nocet ac rei agendæ impedimento est L.113. *morbus sonticus ff. de V. S. l. ult. §. 1. ff. ædil. edict.* Superius docuimus doctorem morbo impeditum, nihilominus doctorem permanere & salario perfrui. Scitum autem est Medicorum tum se omnes arbitrari sanos, cum partium corporis adminiculo muniis ad vitam necessariis fungi citra ullam noxiam possunt Galenus *l. 2. d. morb. different. c. 21.* ergò è diverso omnis ille est debilis & morbo affectus, qui officio suo præesse nequit, Consequenter verò propter illum dignitatem suam doctoralem amittere non debet. Et tantum de latissima hac & fertili Doctorum materia, sed manum de tabula.



SECUNDUS INDEX QUÆSTIONUM *pertractatarum, numero centum & duodecim.*

Quæst.

24. An

37. *An*

52. An

83. an

107 An

TERTIUS INDEX AUTORUM ET SCRIPTOrum tam veterum quam Neotericorum in hoc tractatu allegatorum & secundum cujusvis ordinariam professionem collocatorum.

Theologi.

Joachim

Sfor-

O.

P.

R.

S.

Poli-

QVARTVS INDEX, RERVM ET verborum secundum ordinem Alphabeticum digestus.

A.

Alchy-

Appa-

crean-

Bis

C.

 modo

 crimi-

Dei

[illegible]

qua-

Docto-

F

G.

H.

Hiſto-

Ipsius

Status

Illâ

K.

L.

quomodo

Menda.

sex

Nigros

Nubi-

Ejus

O.

Pacifci

P.

Pseudo

Q.

R.

S.

Sala-

rium

scri-

Sophi-

Status

 quem

 bis

vota

Μόνῳ τῷ θεῷ δόξα.

Sphalmata typographica ut & properantis calami aberrationes.

P*ag.35. linea 4. pro infulsis lege infulis pag.40. lin.9. pro hebeamus lege habeamus p. 41.lin. 2.pro 20 lege 10.v. 24. p. 44. lin. penult. lege extendere: p.57. lin. 20.lege in prælectionibus. pag. 66. lin. 19. lege putant. pag. 71. lin. 1. dele negant & lege affirmant. p. 85.pro* κατπα *lege* κατὰ*. fol. 97. lin. penult. lege fundentur fol. 114.lin.8. lege consenuerint. p. 116.lin.3. pro quinta lege quarta & lin.19.lege seio: pag. 120. lin. 14 lege qua pag.164. lin 8 lege pro expracticirt.* Expracticirt. *pag. 183.lin. antepenult. omissa sunt*

sunt haec : c. ult. & c. 4. de edition. Nov. Graear. p. 184. lin. 3. enžacii. p. 190. lin. 28. lege Aul. Gell. pag. 196. lin. 18. deme haec verba: Syndicus Bremensis : pag. 202. lin. 2. pro plerisq; lege: plenisq; pag. 214. lin. antepen. lege: Daemones. pag. 235. lin. 21. adde an qui: ad. pag. 252. in fin. lege secundum pag. 254. in fine pro Paptistae lege Baptistae, pro domesticam lege domesticum pag. 255. lin. 11. pro scriptuna lege scripturae p. 256. lin. 2. lege praefectum p. 266. lin. 13. lege decuerit. p. 268. lin. 9. lege expressè p. 270. lege Barnabas. p. 271. lin. 11. lege saepius p. 277. lin. 18. lege Marq. pag. 283. lin. 2. lege: privilegium pag. 307. lin. 7. lege: ubi: pag. 309. lin. 7. amissa sunt l. 14 pag. 314. lin. 14. lege consuetudine: pag. 319. lin. 7. lege pro interim, interim: pag. 343. lin. 2. lege vertiles. pag 346. lin. 4. lege amplis pag. 347. lin. penult. lege qui: pag. 352. lin. antepenult. lege pro quot quod. p. 371. l. 8. lege Iason. p. 372. lin. 1. lege nostros: & l. 22. pro eum lege is: p. 375. lin. 20. lege pro illis: illorum: p. 411. l. 15. lege Rostochii & l. 16. quemadmodum p. 421. l. 14. Georgius: p. 446. l. 12. lege testimonium: & l. 14. χαφῶς p. 450. l. 13. lege Hirnhaim: p. 454. l. 5. pro rèplicatione lege explicatione p. 456. l. 22. pro publisatis lege publicatis p. 457. l. 22. pro exegit lege: excepit, pro elobuentior lege: eloquentior pag. 479. l. 15. procedunt lege excedunt. p. 481. l. 7. lege Ratisbiani: p. 483. l. 12. divide: At qui: p. 448. l. 4. lege Theag: p. 485. l. 16. lege soricis: p. 486. l. 19. lege examinari: p. 487. in ult. l. lege pro adstracto, abstracto: p. 488. l. 26. pro multos lege multas. p. 489. l. 6. pro objecta lege: abjecta p. 491. l. 19. pro tousa lege tonsa: p. 507. lege à Trazburg. p. 512. l. 4. adde 1523. p. 514. l. 1 pro Emlingē lege Endingen: & lin. 14. lege Rhetus: p. 519. l. 4. lege Bellenhofen: p. 521. l. 5. lege Nomedin: p. 534. l. 23. pro vol lege verbo p. 545. l. ult. lege. tollunt. p. 546. l. 8. pro afficis lege officiis: p. 555. l. 3. pro augusta. lege angusta: & lin. 15. lege ἀρετῆς pag. 582. lin. 8. lege volum, pro fol. pag. 583. lin. 19. pro ez lege ex.

